

ad dec. 2. par. 3. recent. ex num. 260. ad fin. & habetur supra in Messanen. erectionis Collegiata, disc. 9. & in aliis hoc eodem tit.

Continentem dicitur littere simplicem confirmationem concessionis facte per Populum, & sic cum pre-supposito, quod Populo predicto competeret ius faciendi dictam concessionem tanquam de re sua removendo solum obitaculum, quod militare posset circa potestatem Conservatorum & Populi, seu consilii faciendi concessionem predictam, live ad effectum illam reddendi firmam & irrevocabilem, ne Conservatores successores, & consilium possent illam retractare; De natura siquidem confirmationis est nihil adde- re, aut dare pliusquam in actu confirmato continetur, Greg. dec. 159. m. 4. dec. 164. n. 8. & dec. 267. n. 1. Rot. dec. 219. n. 1. p. 7. rec. dec. 293. n. 13. p. 11. & habetur sub tit. de fendis, disc. 4. & 5. & 60. & alibi, cum sit principium absolutum, quod habemus quotidianum in materia Agriana, ac Itatorum Urbis; Et in specie quod confirmatio intelligatur sine iudicio tertii, Greg. d. dec. 164. n. fin.

Quare panti declarationem pendere dicebam a potestate Populi concedendi, an scilicet & quale jus habere, quoniam si talis potestas non competeret, confirmatio Apostolica ad nihilum deserviret, dum non contineret verba talia, quod importare possent novam concessionem, iuxta terminos text. in cap. 1. de transact. ubi scribitur, de quibus d. tit. de fendis, disc. 4. & 5. & alibi.

Pro methodica vero inspectione dictae potestatis, in duos punctas quaestiones distinguam, unam super sacra imagine, ac iure proprio ipsorum Custodum, & alteram super ipsa Ecclesia, eisque singulis partibus, & membris, & qualesque Populo in ea competere.

Quoad primum, quavis ex dicto decreto S. Cong. vilitationis declaratum esset dictae custodibus competere retentionem clavium tabernaculi, in quo Sacra imago asseratur, nec non facultatem conducendi clericos & cantores pro canendis laudibus, aliisque consuetis solemnitatibus explicandis; Attamen id nunquam importare potest dominium, quod in hominum rebus ecclesiasticis & spiritualibus non datur in laicis, quibus eorum incapaces, cap. causam qua, c. sacrasanctae, & cap. mansana de elect. ubi gloss. & DD. cap. nullus 16. q. 7. cum concord. per Genuen. in praxi Curie. Archiep. Neapol. cap. 1. n. 22. Et in specialibus terminis habendi claves sacrae relictuarum, eorumque aliquam administrationem, tanquam absolutum supponitur per Andreol. accerimus defensor laicorum & Magistratus Civitatis, contr. 381. n. 7. & per tot. & advertitur supra, hoc eodem tit. disc. 12. Ac habemus in materia capellatum & sepulchrorum, quoniam licet in laicis detur dominium, adeo ut sint in commercio, quinimo ventant in concursu ereditorum, ut in specie habetur apud Rovit. conf. 75. lib. 2. Attamen id percutit eamenta & materialia, non tamen ipsum ius spirituale circa quod id importat quamdam simplicem administrationem, sive honorificam praesentiam, nunquam tamen dominium.

Etnihilominus, quicquid hoc ius importaret, id respicit ipsam imaginem, eisque custodiam, & cultum, & administrationem, quod nisi commune haberet cum domino Ecclesie, eisque partibus, nam aliud est Ecclesia, aliud vero sunt capella in eadem Ecclesia existentes, ut dec. 247. n. 9. par. 7. rec. ex Abb. Cardinali & alius in cap. fin. de iure par. Et quavis vera sit dicta propositio ex parte Custodum deducenda, quod concessa una facultate tenentur concessa omnia easine quibus illa effectum sortiri non possent, ac inanis remaneret; Attamen id percutit effectum ne PP. impedire possent cantores & clericos pro Custodes affluendos, ne laudes canant, aliaque obsequia sacra imaginis congruis & consuevis temporibus praesentent, & sic debeant praesentare in hoc patientiam modo congruo & decenti, ne alius Ecclesie servitium, ipsorumque PP. institutum deserant, vel impediantur; Non inde tamen modo aliquo inferri potest ad facultatem habendi aliquam partem, vel membrum Ecclesie in dominio privato ad ipsius Ecclesie Rectorem, vel Praelatum, cuius loco illi PP. successerunt, eisque iura obtinent, unde quoad ius ipsorum Custodum ex persona propria, res videbatur plana, ita etiam per eos agant, dum de proprio iure discedentes, a Populo tanquam Patrono concessionem obtinere curarunt, Quo vero ad alterum punctum, seu inspectionem super iuribus Populi dictam concessionem obtinere curarunt, admittent, quod etiam in Ecclesiis regularibus per consuetudinem Ecclesie acquiratur ius patronatus honorificum quoniam concessio, ut in Ecclesiis Regularium illud non

acquiratur, nisi ex privilegio in limine, procedit ad effectum praesentationis, vel electionis, non autem ad alios effectus, ut praesentium honorificos, ex deductis pes Cavaler. dec. 265. 321. 336. & 445. Buratt. & Add. dec. 1. de p. n. 6. & 210. nu. 11. p. 5. rec. & frequenter. Attamen in praesenti non agebatur de nova constructione Ecclesie, quae iam daretur in meliorem structuram redacta, & quamvis talis reductio non importaret simplicem refectionem, sed haberet speciem novae constructionis ex integro praesentati, totali demolitione Ecclesie antiquae, ita ut nova indigeret consecratione, iuxta distinctionem, de qua apud Bur. dec. 931. nu. 7. ubi adden. lit. C. cum consuetud. ibid. de dultis, attamen id procederet, quando haec reedificatio habens absque dubio consentum Populi, qui Ordinarii etiam partes in Urbe implet, ac Rectoris cuius partes implebunt dicti PP. facta ex integro, ac totum sumptus ipsius Populi, qui dici possent fundator, seu reedificator. Secus autem in praesenti, dum in parte tantum contribuerat, pro alia vero parte forsitan major constructio facta erat cum antiquae Ecclesie cements; nec non ipsius Congregationis sumptus, sive aliorum partium aliorum devotorum oblationibus, & elemosynis, quo casu nemo dicitur patronus, sed omnes sint benefactores, ubi praesentium expressae non est actum de acquirendo ius patronatus, ut etiam habemus in augmento dotis, ex deductis per Lotter. de benef. lib. 2. q. 8. n. 33. & seq. Rot. dec. 568. par. 4. rec. dec. 137. post Vivian. cum alius supra in Papien. vilitationis Hospitalis, sub tit. de iurisd. disc. 41. Potissimum vero instantibus particularibus facti circumstantis, quod scilicet, vel suppressionem dictae alterius domus, ista exitura erat unica, & forte caput totius Congregationis cum residentia Generalis, aliorumque Superiorum, ideoque cum iam adesset Ecclesia, quae licet non addeat conspicue, competens tamen structure, omnino liberata, prorsus improbabile est, quod ab aliquo maiorem ampliationem, vel meliorem structuram habent PP. Ecclesiam liberam, ita servam efficerent voluissent, atque predictae laicorum servituti circa imaginem, ex qua plures inveniuntur, & inconvenientia de praeterito resultaverant, addere quoque hanc servitutum resultantem ex formali iurisdictione, vel alia laicorum praesentiam in tota Ecclesia, sed potius probabile est, quod se regularent cum dicto sacre scripture de Tobia, Sufficiens pariter nostrae, vel cum altero, Melius est modicum cum quiete &c.

Construebatur in contrarium magnum fundamentum, in eo quod totum id Apostolica auctoritate Alexandri VII. legitimum esset; Verum id nullius momenti videbatur, quoniam dicta Apostolica auctoritas, recte quidem operativa remanebat circa applicationem votum magis huic Ecclesie, quam alteri populi operi, Sive circa translationem dictae imaginis ab una Ecclesia ad alteram, cum suppressione, ac reactiva unione dictae domus Regularis in Porticu, quae & similia upote alienationem importantia sine beneficio Apostolico fieri non poterant, non inde tamen inferri potest ad tollendum ius tertii, ac inducendam servitutum, alias de iure non intrantem.

Omnique difficultas in proposito cessare videbatur, quoniam posita etiam competentia illius ius patronatus honorifici, & sic non omnino pleni, quod in Ecclesia regulari sine privilegio Apostolico in limine dari potest, adhuc tamen non resultabat effectus, de quo erat quaesitum, quoniam etiam habens ius patronatus plenum ad omnes effectus, etiam illud praesentationis, dici non potest dominus Ecclesie, vel eius partium, & membrorum, ita ut de eis disponere possit, quinimo per Sac. Concilium Trident. sess. 22. de reform. cap. 11. ex mente Sacrorum Canonum, ac dispositione aliorum Conciliorum, sub gravibus poenitentis interdicatur ne quocumque modo in temporalibus possit se ingerere. Unde proprie ad illum modum praesentati potest quaedam maior praesententia, ut sita Populi Conservatores, vel dicti Custodes a reliquo populo distinguantur, & congruente legibus neque populo esse benevolentiae, & congruente legibus neque praesentati oportuim patientiae, ut in eisdem choribus praesentati iidem Custodes consuetum cultum praesentare possent sacrae imaginis, eisque solitas solemnitates explicare, sed punctus erat in dominio, ac iure proprio privative ad ipsos PP. in propria Ecclesia, super quo, relictendo etiam ad solam veritatem, improbabilis, maleque fundata videbatur dicta praesentio, negotium tamen adhuc pendet.

NEAPOLITANA PRAEEMINENTIAM, PRO PRIMICERIO ECCLESIAE METROPOLITANAE, CUM CANONICO EPISCOPO TITULARI.

Causa disputata in Sac. Congregatione Rituum, & resoluta ut infra.

An Canonici, qui accidentaliter sit Episcopi Titularis, debeat precedere primam Dignitatem, sive primum Canonium, ac facere functiones ad ipsum pertinentes, majoresque habere prerogativas, & honorificentias, quam alii Canonici; Et incidenter de lucro distributionum, quando interveniat in Sede Canonicali tanquam Canonici.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 An in Capitulo Neapolitano adfint Dignitates.
3 De consuetudine Basilicarum Urbis, sit an Episcopus Canonici sedens in Capitulo occupet locum digniorem.
4 De honorificentis Episcopi sedentis in Choro cum Canonici.
5 De distinctione an sit Episcopus actualis Ecclesiae, vel solum Titularis.
6 Quod in Basilica Urbis id proveniat ex consuetudine.
7 Consuetudini non datur extensio.
8 An Canonici interveniens in Choro, vel in Ecclesia non in habitu Canonicali, sed diverso, lucrare fructus, & distributiones.
9 Quid de illo Canonico, qui sit Vicarius generalis.
10 De eodem, de quo nu. 3. & 6.
11 De rationibus, quae prima dignitas, vel primus in Capitulo, faciat primarias functiones, atque omnes precedat.
12 De duplici specie primatus in Capitulo.
13 Quod occupans primum locum dicatur dignitas.
14 Quod Vicarius generalis non possit facere primarias functiones.
15 Decedens, de quo nu. 11.
16 Nullus ex membris Collegii precedat Decanum, seu primum, & de ratione.
17 De ratione consuetudinis Urbis, de quo nu. 3. & 6.
18 De Vicario Canonicali, ut non precedat primam dignitatem, sive Decanum.

D I S C. X L I.

Effectus unus ex Canonici Ecclesiae Neapolitanae Episcopi Titularis in partibus Insularum, cum retentione Canonatus, inaudita Parte obtinuit sub die 5. Decemb. 1672. declarari per Sacram Congregationem Rituum, ut iuxta praxim rituum Basilicarum Patriarchalium Urbis, & praesentium illam S. Petri, in qua id frequentius contingit, obtinere deberet primum locum in choro, & innotate primam antiphonam, supra Primicerium, qui in eo Capitulo hunc primum locum occupat. Quare habito per Primicerium recurrit ad eandem Congregationem, assumptaque desuper disputatione sub die 6. Maji 1673. perlitum fuit in decisis, & quae ex hoc dictis Episcopus, audacior effectus, plures alias ex clavis extensiones; Primum nempe innotate iurisdictionem cum uno scilicet isto supra alios; Secundum retentionem pulvinaris, quando sedet in choro, ut ita ob dignitate Episcopi ad alios distinguatur; Tertio ad ipsos quoque usque ad Archiepiscopum, sive alias, quae ipso quoque praesente, ac primum, & digniorem de Capitulo spectarent; Quarta pariter ad ipsam ipse adire convocacionem Capituli, atque vota exquirere, omniaque alia agere, quae ad primum, ac digniorem de Capitulo pertinent; Et quinto, stante consuetudine illius Civitatis, quod Archiepiscopo solentur celebrant, vel assistent, solent in quodam honorifico banco pro obsequio, assistentiam praestare illi Archiepiscopi, & Episcopi, sive actuales, sive titularis, qui etiam accidentaliter, & ad tempus, in ea Civitate moram trahant, ac etiam Proregi in regia Capella quandoque assistere solent, ut huic Episcopo, & Canonico cum aliis Episcopis dicto banco assistent, deberentur fructus, & distributiones; Quare Primicerius adiens eandem Sac. Congregationem sub die 12. Augusti 1673.

Card. de Luca, Lib. III.

obtinuit in omnibus quatuor punctis declarationes negativas favorabiles, & quoad quantum responsum fuit iuxta tit. fructus.

Quia vero in decretis desuper editis, Primicerius enumerabatur Prima dignitas, hinc Capitulum id egerit ferendo ob praesentem, de qua inter antiquiores apud Pirr. Corrad. quidem Ecclesiae Canonici in pr. x. dispensat. cap. 3. n. 15. quod in eo capitulo nullae adessent Dignitates, sed omnes essent aequae Capituli, cum ea ordinum, vel classium distributione, de Canonici, cum ea ordinum, vel classium distributione, de qua sub tit. de Canon. disc. 2. una cum dicto Canonico Episcopo adversus praedictas resolutiones audiri obtinuit, assumptaque desuper formali disputatione cum Advocatis, & Propraetoribus sub die 13. Aprilis 1674. perlitum fuit in decisis, de clarando, ut in illa resolutione intelligeretur de fructibus & non de distributionibus, & remittendo ad Rotam punctum, an Primicerius esset dignitas, stante quod ab antiquo in eo Tribunali ista causa pendet, ex relatis apud Bich. dec. 312. repetit. dec. 99. part. 10. rec.

De istaque fuerunt inspectiones, ac separatae disputationes; Primi scilicet super digniori loco in choro, & prima antiphona iuxta dictas priores resolutiones favore Canonici Episcopi proditas, & posterior super dictis aliis punctis, super quibus e converso contra eum resolutum fuit. Quatenus itaque pertinet ad hanc posteriorem, quae ob assistentiam Capituli acrior fuit, distinguendo punctos; Primi duo super magis honorifica thurificatione, & super magis honorifico tractatu cum retentione pulvinaris, non percutiebant solum Primicerium, sed omnes Canonicos, dum aequales sunt huicmodi tractatus, absque differentia inter primum, & ultimum; Atque huic alioquam mihi intererat administrationem adeo qualificatam Capituli simplicitas, quod in hac parte praefato Canonico assistentiam ac fomentum praestaret.

Nimum vero plana fuit resolutio negativa ob eandem praxim Ecclesiae Sancti Petri, aliarumque Basilicarum Urbis, cum qua in priori disputatione super digniori sede in Choro processum fuerat, quoniam cum de tempore huius disputationis in dicta Vaticana Basilica, plures Canonici in Episcopali, & Archiepiscopali dignitate consilii titulari constituti essent, quinimo eorum unus in altera longae majori, atque omnium in Praelatu sphaera prima Patriarchae Constantinopolitanae; Attamen omnium aequalis est thurificatio, neque dictus magis honorificus tractatus conceditur.

Et merito quidem, quoniam excepta differentia habitus, quae ex consuetudine permittitur, ut scilicet constituti in dignitate Episcopali non interveniant in habitu Canonicali, sed in altero Praelatico, in reliquis considerentur omnes aequaliter tanquam Canonici; Si etenim in eisdem Ecclesie Episcopo, qui est caput, & superior aliorum, habemus, quod quando intervenit in capitulo, tanquam Canonici, consideratur tanquam talis discretus ab Episcopo, ideoque de habet votum aliis Canonici aequale, ex deductis sub tit. de benef. disc. 30. ubi de distinctione actuum, quos Episcopus gerat tanquam Episcopus, & eorum quos gerat tanquam Canonici, & unus ex capitularibus, multo magis in his Episcopis Titularibus.

Et quavis Scribentes pro dicto Canonico Episcopo deducere praxim Ecclesiarum Hispaniarum, de qua in eadem Congregatione de recentia tum fuerat occasione controversia inter Dignitates, & Canonicos Ecclesiae Majoritensis, & de qua habetur actum in Missell. Eccles. disc. 39. quod scilicet Episcopus, quavis sedens in Choro in prima sede, aliis aequalis in figura primi Canonici, vel prime dignitatis obtinet tamen utramque honorificam tractatum, tam circa maiorem thurificationem, quam circa retentionem pulvinaris, ac etiam ornamentum sedis cum quodam panno; Ut etiam in Italia praedictum, quod in hebdomada majori, vel in commemoratione universalis defunctorum, aliisque similibus functionibus, Episcopus non assistat in Throno, sed in Choro, si in eo non addit (ut in perlitae Ecclesiae adest) eius singularis aliis dignior, magisque elevata sedes, quam ipso absente nemo occupet.

Attamen dicebam, quod in eo casu longe major est ratio cum ille Episcopus sit superior, & caput, ideoque ratione e praesentia, ac superioritatis, alioquam maiorem habere debet praesentiam; Ideo etiam in ipsa Urbe praesentia docet in praesatis Basilicis Patriarchalibus, & praesentium in Vaticana, quando in Choro Cardinalis Archiepiscopi, quos est prima dignitas, & Praelatus, ac Superior; Secus autem inter Congregatos aequaliter subditos, idem, vel coaequa-

lejus sedendi in Choro habentes, quorum aliqui hanc dignitatem accidentalem, atque à capitulo extraneam habeant, adeout de rigorofa jura censure debent adhibere habitum canonicalem aliis similem, fin minus, ut infra, non debent lucrari distributiones, ut in inferius infinuato exemplo Canonici interventus in habitu Vicarii generalis, vel Protonotarii habetur, & sic usus habitus prelati, solum permittitur ex predictarum Basilicarum Urbis consuetudine in Episcopis, & Archiepiscopis tantum vigere, non autem in aliis Curie Prelatis, quamvis eundem habeant habitum prelati, & per consequens obstrictum, & rigorofam naturam consuetudinis non admittendi extensionem, ex deo non potest ad alios tractari inferri.

Facilis quoque, ac plura sunt resolutio ultimi puncti super lucro fructuum, & distributionum, quando iste Episcopus extra chorum, vel aliorum Canonicorum coetum, vel circum, sedere velit in banco diverso cum aliis Episcopis, tunc etiam diebam (etiam in sensu veritatis, ut eadem Congregatio agnovit) quod resolutio quoad fructus effectus, beneque fundata, eos tamen capiendi in verâ, & propria significatione, de qua in sua sede sub tit. de beneficiis, disc. 90. ac etiam sub tit. de jur. patr. disc. 20. & sub tit. de Canon. & sub altero de pensio. & alibi, pro fructibus scilicet certis, qui in Canonicatibus Cathedralium, & Collegiarum indifferenter distributionem sub prebende nomine, seu vocabulo explicantur, quoniam pro ipsorum lucro sufficit, sola residentia in loco sine interuentia in Choro, & servitio Ecclesie, quomodo etiam absentia iusta à loco, ideoque multo magis in casu istius interuentia in Ecclesia, & in obsequium Archiepiscopi, secus autem pro lucro distributionum; cum ad hunc effectum requiratur interuentia in choro in habitu Canonicali, canendo, ac faciendo id, quod illi faciunt.

Idem addeo verum, quod si aliquis Canonicus sit Vicarius generalis Episcopi in habitu Protonotarii Apostolici, sive cum veste, & pallio, non autem cum habitu Canonicali assistat in choro, occupando tanquam Vicarius primus, ac digniorem locum, quem tanquam Canonicus, & in habitu Canonicali occupare non potest, dum non obstante officio Vicarii, federe debet in stallo sui Canonicatus; Et tunc quamvis aliorum Canonicorum ad instar caneret, & psalleret, non tamen distributiones quotidianas ratione servitii lucratur, sed habetur pro non intereunte, cum tunc diversam representet personam Vicarii generalis, non autem Canonici, juxta declarationes & rotas per elaboratum collectorem Barbol. in Summa Apostol. dec. collect. an. 714. n. 12. & in tract. de Canon. cap. 48. nu. 32.

Major itaque, pœneque tota disputatio fuit super duobus aliis punctis peris gerendis primariis functionibus in Ecclesia, vel in capitulo respectivè ex ea dubitanti ratione, quam scribentes pro Canonico Episcopo deducebant, quod scilicet id esset consequentium primis resolutionibus in hac disputatione præsupponendis super prima, & digniori sede, & prima antiphona, quoniam ista videbatur per quandam necessarium consequentiam ad istas etiam functiones inferendum esse ob rationis identitatem.

Verum è converso scribens ego pro Primicerio, etiam cum lemmis veritatis dicebam, quod quicquid esset de prebata prima resolutione circa primam sedem, & primam antiphonam in Choro, quæ ut infra parum probabilis quoque mihi videbatur; Adhuc tamen, ea sine veri præjudicio præsupposita; non exinde ad alios effectus inferri potest, quoniam in puncto juris certum videtur, quod neque dicta præminentia prima sedis in Choro, & prima antiphone competat, sed eadem Sacra Congregatio hunc habet sensum, ut etiam habuisse in una Calagrytana, & in una, Compostellana, resert diligens collector Barbol. in Summa Apostol. dec. verbis Episcopus Titularis, Colle. Bar. 287. quatenus ita fœdè enunciata consuetudo Basilicarum Urbis, & præsertim Vaticanæ, ideoque admittendum est ad limites dictæ consuetudinis, quæ juxta ejus infinuatum naturam, non admittit extensionem.

Attenta etenim dispositione, vel ratione juris, dicta consuetudo exorbitans potius censenda videtur, dum indefinitè in omnibus actibus contrarium est verius; Siquidem omnia Capitula, vel Collegia, & Senatus, vel Consilia, aliæque corpora politica, sive universalia, tam Ecclesiastica, quam secularia, theoreticè, & practicè, perneceffe habent unum ex capitularibus, vel collegialibus, aut Senatoribus, vel consiliariis; qui sit omnium primus, primamque faciat figuram, atque in actibus singularibus, & personalibus, qui

non possunt explicari per totum corpus, sive per omnes collegiales, representent ipsum corpus, talique actus nomine omnium explicet.

Ut exempli gratia contingit in celebratione Missarum, aliisque primariis, & pontificalibus functionibus; Episcopo absente, vel impedito, sive jure convocandi capitulum, vel collegium; aut loquendi nomine omnium, totiusque corporis, cum similibus, juxta praxim collegii Apostolorum, quod Christo eos interrogante, quem ipsi esse dicerent, B. Petrus, non tanquam Pontifex, & Superior, cum adhuc sequuta non fuisset ejus creatio, quæ tali occasione sequuta fuit, sed tanquam antiquior, ac primus in ordine respondit, non singulari jure, vel nomine, sed ex persona omnium, ac nomine totius collegii; Tu es Christus filius David; Talique est totius Mundi praxis, ut dictum est in omnibus collegiis, vel Senatibus, & Tribunalibus, aliisque corporibus, & Universitatibus, ut est notorium.

Ite primatus dupliciter sequi solet; Primo scilicet inter omnes coæquales, & coæqualem titulum habentes, ex solo beneficio nature, sive antianitatis, juxta praxim Sac. Collegii Cardinalium, & Tribunalium Rota, camera, & Signaturæ, aliorumque collegiorum, ac etiam juxta praxim capitulorum trium Basilicarum Patriarchatum, aliarumque Ecclesiarum Urbis.

Et secundò, quod ista præminentia sit fixa, & annexa uni ex ipsis Canonicis, vel Collegialibus, sive iste habeat nomen dignitatis, sive nomen Canonici, quomam non est in nomine, vel in nomenclatione, sed in substantia, sive in effectu, ut alius advenitur in præsentibus, disc. 20.

Bene verum, quod ex ista loquendi Datarum, ac etiam Beneficialiarum, occasione reservationis hujusmodi beneficiorum ex regula tertia, seu quarta nuncupantur prime, seu majores Dignitates post pontificalem, prout itam in individuo appellavit pluries Papa, ex deductis in superius allegata dec. 312. Bichi, non dignitas, sed nomen nomen habet; Atque juxta hanc secundam speciem esse Primicerium, quoniam sive sit Dignitas, sive sit Canonici, id nihil refert, semper illud est certum, quod quamvis junior, atque omnium recentius de beneficio provissus, habet hunc primatum, ideoque occupat primum locum in Choro, & in capitulo, atque primarias functiones peragat cum Archiepiscopo, sive istius absentis, vel impediti vice pontificales functiones explicat, aliæque habet non controversas, ac certas prerogativas.

Idem comprobatur clarior ob generalem praxim, & observantiam universæ Ecclesie Catholice, pluries canonizata, aut demandata per istam Sacram Congregationem, occasione Vicari generalis Episcopi, quoniam licet iste juxta magistræ conf. 21. Abbas quod Sacra Congregatio sequitur, occupet primum locum in Choro, etiam supra primam dignitatem, juxta plures declarationes relatas à Barbol. in Summa Apostol. dec. collect. 714. Grat. de cept. 111. cum aliis deductis in hoc tit. de præemin. disc. 18. Attamen non exinde Vicarius, etiam Episcopo concedente, ac demandante, præterdere potest, ut sibi competant functiones Episcopales, vel Capitulares, sed iste pertinet ad illum Capitularem, qui facit in Capitulo primam figuram, non quidem accidentalem, seu fixam, ut in Leodien. Abbas status 3 Junii 1643. coram Ghislerio, & advertitur de tit. de præem. disc. 19. nu. 7. Atque docet notoria praxis generalis, et per consequens non bene à loco digniori in Choro inferri potest ad hujusmodi functiones, vel actus Capitulares.

Habet id claram rationem plures infinuata de tit. de præemin. disc. 19. n. 11. & disc. 20. n. 12. & alibi plures, quod scilicet iste functiones, vel actus non sunt ab illa persona ex jure singulari, vel ex persona propria, sed collegialiter ferri dicuntur ab univerfo corpore capituli, vel Collegii, vel ab omnibus Capitularibus, vel Collegialibus, quorum vice, ac nomine illi actus individuali, quos impossibilis est explicari ab ipso corpore, sed perneceffe explicari debent ab una persona, in solo actu, vel exercitio, explicantur per illam, qui in eo corpore sit primus, ratione qualitatibus Capitularis, vel Collegialis, non autem ob aliam extrinsecam, & accidentalem qualitatem; juxta dictum exemplum B. Petri, ac etiam illud Collegii Cardinalium, & Tribunalium, ut supra.

Atque habemus generaliter in omnibus aliis materiis, & præsertim in præminentibus competentibus, ratione iurisdictionis, vel ratione domitii alicujus Castri, perimentibus ad omnes de aliqua familia, vel de aliquo genere, quoniam retinere claves Castri, recipere primam candelam, vel

primam palmam, aliæque similes præminentie, exercibiles per unum tantum, pertinent ad natu majorem, sive ad eum, qui habeat in familia primatum ratione ætatis, vel primogeniture, non curat, quod ali de corpore familia, vel de genere habeat majores accidentales dignitates, quoniam attenditur primatus fixus, & proprius ex soliaratione familiaris, cui hæc jura competunt.

Hinc præterea praxim docent in Collegiis, & Tribunalibus, quod quamvis Collegiales constituti in Episcopali, Archiepiscopali, vel etiam Patriarchali dignitate, præcedant omnes, quamvis antiquiores, non tamen præcedunt Decanum, sub quo federe debent, ut nostræ ætate docuit praxis in Tribunali Rota, quod licet Sacratum, qui postea fuit Cardinalis, esset Patriarcha, ideoque præcederet omnes alios Auditores, tamen sedebat sub decano, ex deductis apud Coecim. notab. 261. in 1. vol. dec. Et recentius in Tribunali Camera, & quod ille, qui nunc est dignus Cardus Confusus, tunc Clericus, quamvis esset Archiepiscopus Damiatæ, ideoque præcederet omnes Clericos, quamvis antiquiores, attamen sedebat sub Decano; Et in Collegio Advocatorum Consultorialium ille, qui deinde tot dignus Cardinalis Spada, quamvis esset Patriarcha Constantinopolitanus, pariter sedebat sub Decano, qui cedebat locum, ex dicta convincentissima ratione, quod ille, qui est primus, representat totum corpus, eo modo quo in Sac. Collegio Cardinalium finitur eos federe velit Rex, iste præcedit omnes Cardinales, sed non Decanum, atque alias est facere contra omnes regulas, tam legales, quam naturales; & ceremoniales, quoniam monstrum est, ut videatur aliquid corporis membrum supra caput.

Clarum autem esse dicebam æquivoquum procedendi cum exemplum didicimus Basilicæ Patriarchatum, quoniam istam Episcopus, vel Prælati esse ipse Papa; Primus autem, & Dignior Canonici, vel prima Dignitas, cui debet primus locus, est Cardinalis Archiepiscopus, quem utique non præcedit Canonici Episcopi, vel Archiepiscopi, aut Patriarchæ, dum illi sedent post eum, & per consequens servatur debitus ordo, quod ille, qui est prima Dignitas, seu primus de capitulo, occupat primum locum, atque post eum ex dicta consuetudine aliquam in Urbe peculiarem rationem habente locum occupantilli, qui sunt constituti in dignitate Episcopali, non autem ut detur sessio supra Decanum, vel primum caput, quodque ita membra habeant præcedentiam supra caput, quod utique est magnum absurdum omnibus regulis contrarium.

Solumque in Vicario generali datur præcedentia supra primam Dignitatem, vel primum Canonicum, eo quia est pars persone Episcopi, cum quo unam, & eandem efformat personam, & non consideratur tanquam unus de corpore; Ac propterea Vicarius Capitularis, quamvis habeat jurisdictionem, & superioritatem, atque necdat in habitu prelati tanquam Protonotarius, habebit, quidem præcedentiam in Choro supra aliquas dignitates, & Canonicos, sed non supra primam Dignitatem, vel antiquiorem Canonicum ex prædicta ratione, quoniam in illo representatur totum corpus, ut apud Barbol. de Canon. c. 42. n. 42. & in Summa Apostol. dec. collect. 717. n. 16. Ac propterea parum probabiles mihi refectendi ad solam veritatem, vix sunt dicta prima resolutiones super prima sede, & prima antiphona.

CHASSANEN. PRÆMINENTIARUM,

INTER DIVERSAS ECCLESIAS, ET SUPER DIVERSIS PUNCTIS, UT INFRA.

De aliquibus questionibus præminentiarum, vel præcedentie in Processionibus, aliisque functionibus inter Clericos, vel Rectores diversarum Ecclesiarum.

S U M M A R I U M.

- 1 Faci series.
- 2 Resoluto.
- 3 De fundamentis resolutionum, & quod non possit dignior impedire in processione alterius immediati committere functiones alteri.
- 4 De alio casu controverso.
- 5 De consuetudine divisione Advocatorum, & Consularium.
- 6 Quod nemo debeat cogi permanere in communionem.
- 7 Quando ad divisionem provocari non possit Ecclesia.

- 8 De distinctione cum qua intelligi debent ea, de quibus n. 6. & 7.
- 9 De alio casu.
- 10 Non potest Ecclesia Cathedralis, vel major cogere Clericos aliarum Ecclesiarum ad voluntarias processiones, & solemnitates.
- 11 Quam jurisdictionem habeat Ecclesia Parochialis in Ecclesiis suis intra ejus fines.
- 12 De diversis speciebus matricitatis.
- 13 Quando limitatur id, de quo n. 10.
- 14 An Ecclesia major prohibeat alius pulsationem campanarum in die Sabbati Sancti.
- 15 Quando consuetudini in hoc proposito sit deferendum.

D I S C. XLII.

IN Diocesi Chassanen. nimium frequentes sunt hujusmodi præcedentie, vel præminentiarum functiones, quarum plures ego disputavi, & præsertim in Sacra Congregatione Rituum, inter duas Parochiales Oppidi Saracene; Cum etenim in eo tres adfint Ecclesie Parochiale, nempe S. Mariæ de Armis, Sanctæ Mariæ de Gambio, & S. Leonis, atque inter illas duas posteriores, ab antiquo adiecit quedam communio, ut promittit Clerici unus intervenient in solemnitatibus alterius, adeout unum unum efformarent corpus; Hinc ista unio, vel societas, que antiquis temporibus, charitatis, majorique cultus divini commendabilia habuit motiva, tractu temporis magnas attulit discordias, & emulationem juxta casum, de quo supra, in Casuarugustana, disc. 3. cum pluribus, sequ. adeout non solum ipsarum Ecclesiarum Clerici, sed etiam Parochiani, sui illi de populo vivente intra cujuslibet limites, ab infantia quandam naturalem contrahant amulationem, ut etiam contingit in casu, de quo supra, disc. 9. & sub tit. de Paroch. disc. 36. & in Miscell. Eccles. disc. 37.

Inter alias vero controversias erat illa super jure faciendi functiones in processione Corporis Christi, ac etiam in aliis, que fieri solet pro segetum benedictione, & similibus, quod scilicet non controversetur, ut ad speciat ad Rectorem Ecclesie S. Leonis, habentem nomenclationem Archiepiscopalem, quando per se ipsum functionem facere vellet, vel posset, sed eo nolente, vel impedito, questio erat, an idem Archiepiscopus, id alteri, Presbytero ejusdem Ecclesie committere posset, vel potius periret ad Rectorem istius Ecclesie S. Mariæ de Gambio, atque pro isto prodierunt resolutiones, quas pro ea scribens, injustas, maleque fundatas dicebam, quatenus continuandum esset in ista unione, vel societate societatis, quam ista Pars non curabat, quinimo potius supplicabat pro divisione, ut ita quælibet Ecclesia, intra proprios fines suas faceret functiones.

Siquidem scribendo dicebam, quod iste due Ecclesie, earumque Cleri haberi debeant tanquam due Ecclesie materiales constituentes unicam Ecclesiam formalem, & unicum corpus Cleri, juxta illam efformationem unius Ecclesie Cathedralis inter se divisis, de qua supra, disc. cum sequ. ubi concordam. Aut verò dicende essent due Ecclesie distincte, inter quas adiecit quedam communio, sive unio sociativa; juxta diversam unionis species recentitas pariter supra, disc. 7. five juxta casum, de quo sub tit. de Paroch. disc. 12.

Juxta etiam casum, cum omnes reputari deberent de unico Collegio, seu corpore, cujus Rector Ecclesie S. Leonis esset primus, iste vero Rector esset secundus, utique intrabant ea, que habentur supra, disc. 19. & 20. & in aliis, de pontificalibus, ac primariis functionibus faciendis per Episcopum, vel per alium Prælatum, sive per primam Dignitatem, quod scilicet, eo nolente, vel impedito facere, ista facultas, vel præminentia transeat ad secundum, & sic successivè ad illum, qui sublati dignioribus, in eo corpore tunc sit primus, & dignior, absque eo quod Episcopus, vel Prælati, aut prima dignitas possit illum sui loco succedere; Aut verò per speciem unionis æque principalis, vel sociative pariter unum corpus constituebant; Et tunc fortius idem dicendum est, ad instar duorum, vel plurium fratrum aut sociorum pro communi vivendum; sive aliqua bona, vel iura pro communi possidentium, ut præminentibus actus individuali explicari debeant per natu majorem, juxta ea, que habentur infra, in Mutinen. disc. 47. sed frater, aut socius major, vel dignior nolit, vel non possit, tunc id faciendum est ab eo, qui comparatione aliorum est natu major, vel dignior, non autem quod primus extraneo, vel natu minori committere valeat.

Consimilis controversia in eadem Sacra Congregatione

Rituum diu acta fuit inter tres Ecclesias Parochiales Oppidi Mutani istius Diocesis, sub invocationibus S. Petri, S. Mariae Magdalenae, & S. Nicolai, quod scilicet Rectores, & Clerici aliarum duarum pati volebant, ut huiusmodi functiones peragerentur a Rectore, seu Archiepiscopo tero Ecclesiae, quae antiquior erat, atque in huius praeminentiae possessione tenebatur, cumque pluries Sacra Congregatio favore huius Ecclesiae antiquioris resolutiones dedisset, ac tandem tam antiquo tempore de anno scilicet 1582. quam moderno de anno 1666. alicuae iura essent concordata, adhuc tamen, ob emendatas naturales emulaciones, & antipathias, & ne unus Ecclesiae Clerus, & populus subiectionem erga alterum pateretur, inflabatur pro divisione, pro qua etiam inflabatur in casu praecedenti; Ac propterea iuxta Advocatum conditionem, qui in dies coguntur modo dicere album, modo nigrum. Quando in alio casu scribebant pro concessione divisionis, procedebat cum regulis, & propositionibus, de quibus *sub tit. de herede, disc. 30. & sub tit. de Paroch. disc. 33. & alibi*, quod scilicet nemo cogi debeat in vitis in communionem permanere, adeo ut praecipuum de non dividendo, vel conventio perpetua societatis, neque per mortem dissolubilis, in iure reproberetur; Quod etiam receptum est in communione territorii, vel iuris pacendi, vel agnandi, quae habeatur inter duas Civitates, duo Oppida, seu loca, ut *sub tit. de servitutibus*.

E converso autem in illo posteriori casu, scribendo pro antiquiori, vel digniori Ecclesia, contra petitam divisionem, dicebatur pro eius denegatione respondendum esse, ex eisdem motivis occasione impediendi dismembrationem Ecclesiae Parochialis, insinuat *sub tit. de Paroch. disc. 33. & seq.* quod scilicet procedendum non esset cum terminis generalibus merè voluntariae communionis duorum, vel plurium, quorum singuli, omnino independentia, & distincta haberent patrimonium, vel bona, sed cum terminis unionis subiectivae. Cum etenim iuxta totius Orbis antiquam praesentem in primitiva Ecclesia ob modicum fidelium, & Clericorum numerum, quo quia pars notabilior populi esset infidelis, unica adesset Ecclesia Parochialis in loco, Tractu vero temporis, cum ob excretum populum fidelem, una Ecclesia, amulique Rector non sufficeret, oportuit, cum dismembratione partis populi, unam, vel plures alias Ecclesias erigere, iuxta ea, quae de Cathedralibus habentur *supra, hoc tit. disc. 6. & de Parochialibus habentur sub tit. de Paroch. disc. 36. sed id sequuntur fuit cum aliqua moderatione, ut Ecclesiae antiquae aliarumque matri aliqua remaneret praeminentia, privati- ve, eo modo, quo praxis docet in casu, de quo *disc. 36. de Paroch. & supra, disc. 9. & in aliis*, & sic quod esset potius communio subiectiva, vel obsequii, seu clientelae gratia, Accedente quoque altera ratione ponderata, *disc. 36. de Paroch.* decentioris scilicet cultus ob unionem plurium clericorum, & populorum in uno loco.*

Reflectendo autem ad veritatem, mihi videbatur, quod ista materia non esset capax regulae generalis, quae cuiuscumque casui pariformiter, ac indefinitè applicanda esset, iuxta communem, adeoque frequentem Juristarum toties ineluctatum errorem procedendi cum generalitatibus, vel cum declarationibus, quae in diversis casibus prodierint, sed quod quaesitio sit potius facti, quam iuris, ex singularium casuum circumstantiis diversimode decidenda, ut etiam advertitur in *Miscellan. Eccles. disc. 37.*

Ubi etenim agitur de Ecclesiis, ac respectivè Cleris, & populis, verè & materialiter separatis, cum interfectione agrorum, seu campis territorii, adeo ut naturaliter, & de facto constituantur duo Oppida, seu duo Pagos omnino diversos, atque quilibet Ecclesia competenti Clericorum, & ministrorum numero ita provisa sit, ut decenter huiusmodi functiones separatim explicare valeat, adeo ut non urgeat ratio emulacionum, & factionariae diversionis populi. Et tunc pro divisione omnino responderi debet, quamvis urgeret dicta non improbabilis ratio, quod non esset communio, vel societas omnino coequalis, sed potius dicitur mereretur subiectiva, vel reverentialis, ratione antiquitatis, vel matricitatis, ac propterea divisio praedicta antiquae, seu matricis ecclesiae pareret, & de consequenti non intraret dicta iuris regula super divisionis libertate, & obquam rationem huiusmodi petitionibus annui non solum etenim ex duobus malis eligi debeat minus, hinc proinde magis expedire videtur evellere radices, & occasiones tot scandalorum, & inconvenientium, atque fomentum naturalis inimicitiae, seu antipathiae inter Cleros, & populos, bene tamen preservando iuris Ecclesiae matricis, vel antiquioris, cum aliqua honorificentia, vel signo subiectionis

singulis annis, puta oblationis cerei in die solemnitatis, vel cum alio simili signo.

Ad id autem conferre observabam receptam propositionem deducam *ex cap. significum, de decim. de qua eod. tit. de decim. & ponam in omni alia materia pluries, quod scilicet quando privilegium, seu lex, quinimo etiam contractus respectu tractu temporis, vel ex accidentibus ad iniustitiam, vel iniquitatem reducat, seu alias pariat scandala, & inconvenientia, cui non de facili oportune occurrere valeat, tunc locus est rescissioni, vel reductioni ad iustitiam, aut alteri opportuna provisioni.*

Aut verò agitur de uno, & eodem loco, in quo non congruat eadem functiones dividi, seu multiplicari, adeo ut non intraret dictae consideraciones, sed potius aliae in oppositum, quod scilicet ita emulaciones, & diversiones populi resultarent, vel cultus divinus diminutionem pateretur, aut sequeretur inobstantia Cereimonialium, vel Ritualium, sive quod, posita etiam locorum materiali separatione, in singulis Ecclesiis non adesset sufficiens numerus Clericorum, & ministrorum, ac propterea functiones decenter explicari non possent; Et tunc secus; Et in summa pro singularium casuum particularibus circumstantiis, & pro cuiuslibet facti qualitate.

Inter alias item Ecclesias Parochiales Oppidi Cerchariae huius Diocesis, inter quas earumque Cleros, & populos eadem vigent emulaciones, disputationem habui coram A. C. Quod scilicet cum duo adessent Ecclesiae, Una scilicet antiquior, & matris S. Petri; Et altera recentior filialis S. Jacobi, pretendebat prior non solum praecedentiam, ac etiam praeminentiam, ut ad eius Rectorem spectaret peragere individuas functiones; quodque ad ipsam accedere deberent Rector, & Clerici alterius, ut contingit in Processione Corporis Christi, alique similibus publicis, sed prohibere posset alteri, ne campanam pulsaret in die Sabbati Sancti, praesquam sequeretur pulsatio suarum campanarum, ac etiam ut pro eius libito indicare posset processiones extraordinarias, & insolitas, puta pro pluvia, vel pro serenitate, vel ex alia devotione, atque ad eas cogere Rectorem, & Clericos istius Ecclesiae, ex prerogativa matricitatis.

Scribens itaque pro illa Ecclesia S. Jacobi, dabam manus victas super primis punctis, praecedente scilicet, & iuris peragendi publicis processiones, aliaque similes functiones individuas, quae fieri debent in Ecclesia digniori, ad quam alie accedere tenentur, sed quod punctum indicendi voluntarias processiones, atque ad eas cogendi huius Ecclesiae Rectorem, & Clericos, dicebam, etiam cum sensu veritatis, quod illa esset iniusta, maleque fundata per gentem, etiam ubi iustificaretur praesentia matricis, cuius ratione illa praeminentia, vel jurisdictione negredatur; Non potest etenim Ecclesia matris habere maius ius cum Ecclesiis filialibus, a quam habeat Ecclesia Cathedralis, & etiam, ut habetur in *supra allegato, disc. 32. Miscellan. Eccles.* etiam Ecclesia Cathedralis non potest cogere Clericos Ecclesiarum inferiorum, quae de iure sunt illius subiectae, ad huiusmodi voluntarias processiones; aliaque solemnitates, ergo multo minus Ecclesia matris, vel Parochialis, quamvis illae quae dicitur possent eius subdite in ratione territorii, quia nempe intra eius territorium, vel fines Parochiales sit essent, quoniam cum eis habere solum dicitur quando praeminentiam, & superioritatem remotam, non tamen dicitur possunt verè, & proprie eius subdite, & omnino dependentes pro aliis functionibus, iuxta firmata per *Rot. in Aversana coram Cocino inter Juas dec. 2089. & 2136. repetit. dec. 532. & 575. part. 5. rec. & advertitur in d. tit. de Paroch. in Parmen. disc. 31.*

Potissimè verò, quia hanc distinctionem trium specierum matricitatis, de qua *disc. 27. de Paroch.* nulla dabitur iustificatio illius verè matricitatis, quae resultat retentione teliquarum antiqui domini, & jurisdictionis, quia nempe totum territorium esset suum, atque per dismembrationem eius partis de novo erecta esset alia Ecclesia, quae propterea filialis dicitur, obligata saltem ad aliquam reverentiam erga propriam matrem, quamvis eius subdita non sit, sed potius deservit videatur illa matricitas, magis remota, & impropria, relictans ex eo quod, vel ratione antiquitatis, vel ex alio respectu, esset Ecclesia maior in loco, ideoque confunderetur terminus matricis, cum illo maioris, vel prime in ordine.

Tunc autem advertendum, quod qualitas matricitatis hanc jurisdictionem, vel praeminentiam causare posset, etiam in functionibus voluntariis, & ex devotione, quando ageretur de tertio specie matricitatis, quae potius dominelem prerogativam importat, quia nempe alie Ecclesiae inferiores essent omnino dependentes, tamquam eius membra, & erecte

S U M M A R I U M.

1. Falli series.
2. Resolutio.
3. Parochus in propria parochia praecedat omnes.
4. De eodem, & quando etiam in parochia aliena.
5. Jus agendi processiones est territoriale, seu iurisdictionalis.
6. Abusus est ut minus dignus praecedat magis dignum.
7. Seculares praecedunt Regulares.
8. Officialis manualis sine titulo non praecedat habentem titulum.
9. Quando minus dignus praecedat isto casu.

D I S C. XLIII.

In pluries enunciato Oppido Barolitano, duae adfunt Ecclesiae parochiales, Una scilicet maior sub invocatione S. Mariae, quae supponitur, vel nuncupatur Collegiata, & Matris, iuxta deducta *sub tit. de Paroch. disc. 27.* Et altera, sub invocatione S. Jacobi, in quarum utraque nobilis adest numerus Clericorum, iuxta illarum partium mores pluries enunciato *sub tit. de Canon. & Capitul.* quandam speciem Capituli, seu Collegii constituentium, cum missa, & arca communi; Ac etiam ultra Ecclesiam Nazarenam, de qua *sub tit. de iurisdic. disc. 20.* adest Ecclesia Regularis Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, Prioralem habens dignitatem, cuius cultui servitio, & culta eisdem ordinis professores Capellanos obedientiae, quamplures alii Clerici seculares adscripti sunt, qui ad instar praedictarum duarum Ecclesiarum quandam consimilem speciem Collegii, seu Congregationis quoque constituunt.

In processibus autem solemnibus, vel devotionis, ac etiam in funeribus, quando praedictis omnium trium Ecclesiarum Clericos ad illas evocari contingat, sub unica Cruce dictae Ecclesiae S. Mariae promissum, & in consilio illi accedunt, absque distinctione, vel praecedentia, solumque istam obtinent duo praefatae Ecclesiae Sanctae Mariae titulum collatum habentes, cum nuncupatione dignitatum, Cantoris, & Primicerii, cum insigni, sive almutio & post eos Rector quidem Ecclesiae S. Mariae, qui Archiepiscopi solum nuncupationem habet, in titulum pariter provideri solitus eundem habens usum almutii; Alter Rector dictae Ecclesiae S. Jacobi, pariter in titulum provideri solitus, Vicarii tamen habens nuncupationem, sine almutio, sed eam sola, & ille praefatae Ecclesiae Sancti Sepulchri Vicarius, quom ad nutum deputat Prior dictae Hierosolymitanae Religionis.

Non controversa itaque praecedentia, seu primo loco in Archiepiscopo Sanctae Mariae, inter alios duos, exorta praecedente quaesitione, introducenda causa in Congregatione Rituum; cum ex parte dicti Vicarii Ecclesiae Sancti Sepulchri, doctam esset de eius possessione; Hinc proinde resolutio, utriusque respective favorabilis, Rectori scilicet S. Jacobi, simpliciter, ac indefinitè in funeribus; Vicario autem S. Sepulchri, in processibus in possessore tantum, reservato agere de peritorio; Neutra verò Partium huius resolutioni acquiescente, obventa fuit proinde nova audientia pro repropotione.

In hac itaque posteriori disputatione, in qua solum pro dicto Rectore S. Jacobi scripsi, distinguendo causam in praefatas duas inspectiones; Unam scilicet sumum, & alteram processuum; Quatenus pertinet ad primam, etiam in sensu veritatis, qualem Sacra Congregatio quoque agnovit, dicebam, quod casus esset indubitanus quod haec parte, quoniam cum agatur de functione Parochiali, in qua Parochus intervenit, non in sola ratione praeminentialis, sed etiam in altera jurisdictionali, seu territoriali, in eius signum privative ad omnes alios solum deservit, hinc proinde reliquos, quamvis digniores praecedere debet, exiis, quae habentur *supra, hoc ord. tit. disc. 31. & 111. de Paroch.*

Et quamvis descripto iure procedere solum deberet in funeribus, quae sunt in propria Parochia, iuxta illam istarum Parochiarum finium distinctionem, de qua agitur *sub tit. de Paroch. d. disc. 27.* non autem, ubi ageretur de funeribus alterius Parochiae S. Mariae, nihilominus advertendam, quod ista distinctio intraret inter ipsos Parochos, adeo ut in funeribus istius Parochiae alter, qui Archiepiscopo dignitatem, vel nuncupationem habet, praecedentiam pretendere non possit, nisi quatenus bene iustificaretur illa vera matricitas, de qua agitur in *disc. 27. de Paroch.* Sed cum inter istos sociativò quodam iure, ista conventio, vel consuetudo addit, quemadmodum in ista Parochia, ex iurisbus ejus Rectoris, alter digniore occupacionem, ita tunc ha-

erecta in eius adiutorium pro majori commoditate populi, juxta *dec. 133. & 204. part. 2. rec. cum concordantibus*, de quibus *disc. 36. de Paroch.* & pluries *sub tit. de benefic. & alibi*, quoniam tunc verè, & proprie Ecclesia matris, seu principalis dicitur unica, totumque territorium suum, sive quod est universus Clerus, & populus ita materialiter solum distribuitur pro majori commoditate in pluribus Ecclesiis tamquam tot Capellis ejusdem Ecclesiae, & per consequens quemadmodum ad huiusmodi processiones evocati proprios Clericos, & subditos immediatos, ita pari ratione evocati istos mediatos ad instar eorum, qui in Clero regulari habentur de Religiosis viventibus in membris, vel grancis Monasterii principalis, quod habentes, ac si essent de ipso Monasterio. Atque ad hanc distinctionem huiusmodi diversarum specierum matricitatis rectè debet, cum alias facilis sit evocacionum interitus, capiendo quid pro quo, ut generaliter pene in omnibus aliis materiis contingit.

Ex eadem distinctione pendere dicebam decisionem dicti tertii puncti super praeminentia primae pulsationis Campanarum in die Sabbati Sancti. Ista namque est prerogativa Ecclesiae Cathedralis, etiam supra Regulares exemptas, iuxta plures declarationes Sacrae Congregationis relatas per diligentem Collectorem Barol. in *summa Apostolicarum decisionum, colle. 7. an. 81.* inter quas notabilis, ac panè Magistra est illa in Verusina pro Cathedrali cum Regulari ecclesia Sanctissime Trinitatis Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, habente dignitatem, seu prerogativam prioralem, sub almutio, & licet alicuae declarationes relate per Barolam ubi supra loquantur de eadem matrice, at tamen intelligenda esse dicebam de eadem tertia, & ultima specie, redolente potius dominium aliarum dependuntium, & subditarum, quibus praesepere, & prohibere potest, ex eadem ratione, de qua supra, quod scilicet fingatur tot ejus Capella, seu membra. Sive de secunda superius distincta, cui verè, & proprie congruit terminus matricis, fortius verò quando adfuerit consuetudo, quae attendenda esset, quamvis non esset, nec immemorabilis, nec centenaria, sed solum longissima quadragenaria, imò etiam longa, & simplex, quae sufficiens in hoc proposito videtur etiam in casu simplicis matricitatis, iuxta primam speciem, idque ex duplici ratione. Primo nempe, quia cum illi expressè in iure statutum non reperitur, dicit non potest consuetudo contra jus, sed potius praeter, iuxta ea, quae ad materiam textus in *cap. consue. habentur sub tit. de decim. disc. 1.* cum aliis, de quibus super generali materia praescriptio, habentur *sub tit. de iurisdic. disc. 21.* Potissimè quia dicit meretur consuetudo rationabilis, ut illa ecclesia univèrsò populo praesentem Patris Iustitiae signum, quod sit in loco prima, & aliis dignior, ac etiam ad tollenda scandala, & inconvenientia oniri solita, ex huiusmodi spiritualibus emulacionibus, quae Clericos Secularibus, & Regularibus videntur committi, quae Clericos Secularibus, iuxta antiquam consuetudinem celebrantur ista Divina, quae eadem celebrantur, iuxta antiquam consuetudinem relatum per Alberic. in *distin. verbo Campana, vers. Audiu.*

Et secundo, quia ista dicenda venire potius consuetudo interpretativa, quam praescriptiva, ideoque favorabilis, & non indignis rigorosis requiritis praescriptionis, iuxta notitiam, nimiamque frequenter insinuatam distinctionem, praesertim *ad disc. 22. de iurisdic. & alibi pluries*, quod scilicet ita declaratum, quod comprobatum remanere dicitur, quod illa Ecclesia esset unica, a qua aliae dependenter, & quod quando per dismembrationem partis ejus populi, & territorii ad aliarum Ecclesiarum filiarum erectionem devenit, matricis reservata fuerit ista prerogativa, ad instar eorum, quae habentur *disc. 27. de Paroch.* super jure sepeliendi, & *disc. 12. de decim. super iure decimandi*, cum similibus. Inceris verò est exuper, vel itatus huius causae, dum post unicam disputationem de illa amplius actum non audivi.

TRANEN. PRAECEDENTIAE,

PRO RECTORE, SEU VICARIO ECCLESIAE S. JACOBI CUM VICARIO ECCLESIAE S. SEPULCHRI.

Causa disputans in Sacra Congregatione Rituum, & resoluta, ut infra.

De praecedentia inter Rectores, vel Clericos Ecclesiarum in processibus, & funeribus, & quomodo ea regulanda sit.



- 4 *Competit hoc possessorum etiam in preeminentiis, & iuris honorificis.*
- 5 *De errore procedendi cum generalitatibus, quia est distinguendum.*
- 6 *De Comitibus Palatinis Cathedralicis.*
- 7 *De veris Comitibus dignitatis cum iure principatus.*
- 8 *De Comitibus, aliisque Titulatis actualibus iure Baronis.*
- 9 *De Baronibus eorumque diversa qualitate.*
- 10 *De aliquibus distinctibus in eodem genere titularum.*
- 11 *De illis Titulatis, qui fuerint actu tales, sed de presenti non sint.*
- 12 *De Comitibus, & Marchionibus solum nuncupatis ob antiquam dignitatem maiorem.*
- 13 *De Comitibus, & Marchionibus ex solo privilegio, iuxta casum contraverisse, & quid extra Territorium proprium.*
- 14 *De Doctoribus ex solo privilegio.*
- 15 *Distinguitur ista species, de qua n. 13.*
- 16 *An tertius offerre possit de incompetenti in insignium.*

DISC. XLV.

Cum quidam privatus nobilis vir qualitate Civitatis Status Ecclesiastici ab uno ex illis Italiae Principibus sitis, qui Ducali praeferunt dignitate ex privilegio, pro illius Principis consuetudine, Comes creatus esset, ideoque Comitalem coronam super ejus stemmate, vel armis adhiberet, alique praeferretur prerogativis. Alii vero aequo nobilitate concives, occasione praesertim munerum Magistratus Civitatis huiusmodi praeminentias impugnent, quodque aequales tractatus cum eis in omnibus habere non debent; Hinc me pro veritate consulit, an expedit pro suorum iurium, & praeminentiarum mantione adire Congregationem Consultationum negotiorum Status Ecclesiastici, quae videtur huiusmodi controversiarum iudex competens, iuxta casus, de quibus supra, disc. 30. & 31.

Respondi distinguendo ea, quae respiciunt ordinem iudicium, seu directionem, ab illis, quae concernunt iustitiam, seu merita negotii principalis, quod circa primam ordinis partem, non expedit adire dictam Congregationem Consultationum, quoniam ut agendo de Sacris Curiae Congregationibus advertitur in *relat. Romanae Curiae, disc. 14. & 15. ubi in specie; cap. 25.* agit de ista Congregatione. Consultae, stylus, commendabilis quidem huiusmodi Cardinaliarum Congregationum est, procedendi summarie, solaque facti veritate inspecta, in forma potius extrajudiciali more Principis, vel supremi Magistratus, quam more iudicis, & cum tela iudiciali, ideoque non de facili praedicare solent distinctionem possessorii ad peritorem; Ac propterea ubi agitur de possessore, qui timere potest de suis bono iure, non expedit adire istas Congregationes; sed potius ad eundem iudicem ordinari, qualis in Curia, in his casibus exteris est Auditor Camerae, & cum consueto remedio actionum, seu diffamationum, de quo *sub tit. de iud. disc. 16.* intendendo praeventivam in possessione, dum in hoc possessorio iudicio non est querendum de iustitia, vel iniustitia, sed attenditur nudum factum possessorii, ex deductis *cod. tit. de iud. disc. fin.*

Et super istius remedii competentia in huiusmodi praeminentiis, ac iuribus honorificis ad satisfactionem, colligit *Polth. in trakt. de manut. obser. 31.* dum frequentius victoria in possessorio finem huiusmodi controversiarum dare solet. Quo vero ad merita negotii principalis, cum a petente consensus transmissa fuerint quadam Responsa Jurisconsultorum de partibus, qui reassumendo deducta per Chassan. in Catal. Glor. Mundi, a quo moderniores praesertim Germani totum in hac materia mutarunt, & praesertim Pizch. de insignibus, & armis, ipso calamo, atque cum magna allegationum congerie, recensent omnes prerogativas, quibus Comes de iure potius debent, & inter quas recensent praedicta, quae dedit causam controversiae, usus scilicet Coronae Comitales super insignibus.

Dicebam clarum agnoscere cum esse in hac materia procedere cum solis generalitatibus, vel cum autoritatibus praesertim Germanorum, ob diversas Comitum, & Marchionum species, in quibus nimium diverse cadunt rationes, ideoque distinguendas esse advertendam species Comitum, quae ad rem plures esse videntur; Una scilicet eorum, qui Comes Palatinus appellatur, qui reassumendo deducta per Chassan. dec. 115. ubi add. alios colligit, quales sunt illi, qui in aliqua publica Universitate supra annum vigesimum, docendo in aliqua facultate, Cathedram exercuerint; sed istius speciei inspectio ab hoc proposito extranea est, dum praedicte, seu

de facto quodammodo idealis iste comitatus est, atque aliqua privilegia a iure dictis Comitibus concessa, quae neque uniformem habent praxim, cum in singulis universitatibus ea est varia inter ipsos tantum cathedralicos, & scholares respectivè, cognita remanere videntur pro aliquibus prerogativis in ipsa universitate, sive in academiis, & circulis, aliisque scholasticis functionibus.

Altera est species Comitum pro omnimoda veritate, qui nempe habent Comitatum verum, & effectivum, iure vere dignitatis, quod scilicet iure liberi, & plenius ad ius, vel iure feudali legalis, cum iure principatus, & regalium, possideant Civitates, & Ditiones, vel Provincias, cum hoc titulo, seu Dignitate Comitum, ut (ex. gr.) in Germania sunt Comes Palatinus Rheni, & alii similes, qui inter Principes recententur, atque antiquitus erant Comes Siciliae, & Calabriae, & Flandriae, & Cathaloniae, seu Barcinonae, & similes, quorum aliqua copia in Italia habebatur, in illis praesertim Provincis, ex quibus hodie constituitur Regnum Siciliae citra Pharium, quod alias Apuliae, seu Neapolitanum dicitur, ante duodecimum saeculum, in quo sub Rogerio Primo, vel Secundo, qui Comes Siciliae prius appellabatur in Regno, erectum fuit, iuxta plures enunciata in feriem i praesertim *sub tit. de feud. & hoc eod. tit.* & alibi pluries; Aequae in aliis superioribus Italiae Regionibus habemus de Comitissa Maritima, & similibus; Et de ista specie Comitum, vere, & proprie loquuntur, atque intelligendi sunt antiqui Scriptores circa usum Coronae comitalis, aliisque praeminentias, ac etiam intelligendum est in capella Pontificia, & in aliis Ecclesiis, vel functionibus Ecclesiasticis; Idemque in aliis dignitatibus Marchionum, Ducum, & Principum, ut advertitur supra, *hoc tit. disc. 26.*

Tertia est species illorum Comitum, qui etiam dicuntur veri, & actualis, quia scilicet, Civitates, Oppida, & Castra possident cum iurisdictione, & imperio, iure feudali, vel alio modo decorati hac dignitate, quae per Principem supremum erecta sit, dominium autem, vel imperium fit omnino subordinatum ipsi Principi, eique Tribunalibus, & Magistratibus ab iure principatus, & regulariter ab iure regalibus, praesertim maioribus, & sic iure baronice, iuxta multos casus, frequentat actus *sub tit. de feud. Et tunc, ut ibidem advertitur; magis vero ad rem supra, hoc tit. disc. 26.* isti Comes, vel respectivè, Marchiones, Duces, & Principes (cum eadem in omnibus ratio sit) vere, & proprie non sunt tales, neque veniunt sub genere Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum, de quibus loquitur ceremoniale, sive loquuntur antiqui Scriptores, sed dicuntur Tales ab iure, & in sola nuncupatione honorifica, eodem modo, quo supra, *disc. 20.* ac etiam *disc. 26.* & alibi habemus de hodiernis Archidiaconis, & Archiepiscopis, & Primiceriis, quod non sunt vere, & proprie illi, de quibus antiqui Canonici loquuntur.

Quemadmodum vero iste hodiernae improprie, & abusive Ecclesiasticae Dignitates, adhuc aliquas retinent praesentias, & honorificas prerogativas, ut locis citatis advertitur. Ita quoque isti Barones titulati differunt a simplicibus feudatariis, & Baronibus non titulatis, atque plerique possunt praeminentias, & prerogativas, super quibus neque certa, & uniformis cadit regula ob varias regionum praxim.

Videmus etenim, quod iuxta varios regionum mores, etiam ipsum baronale nomen, seu vocabulum, diversam habet significationem, quoniam apud nos in Italia Barones generaliter dicuntur omnes illi, qui ex feudi, vel alio modo, aliquid locum iurisdictionalem cum vasallis in toto, vel in parte possident, ex deductis per Capobianch. de Baron. in proemio, & habetur frequentat *disc. de feud. ex disc. 75. ad 100.* ad materiam Bulle Baronum; Alieubi vero, & praesertim in Germania, Baronia est etiam dignitas, neque dicitur Baro, nisi ille, qui multa loca iurisdictionalia possideat, etiam cum antiqua majori iurisdictione, quam illa simplicis Baronis, ex relatis per Capobianch. ubi supra; Et per consequens in hac specie Comitum, ex quodam usu permittitur dicta praeminentia Coronae comitalis, ut in aliis illa Marchionalis, vel Ducalis.

Adhuc tamen iuxta ponderationes, de quibus *hoc eod. tit. Chassanen. disc. 42.* aliqua differentia constituitur videtur, iuxta maiorem, vel minorem dignitatis antiquitatem, sive iuxta maiorem, vel minorem dominii, & locorum amplitudinem; Siquidem irratione dignus potius censendus videtur ille parvi, & obscuri Castris Comes, vel Marchio, seu Dux, vel Princeps, qui eadem praeminentias praedicte vult, que

que magnis, & antiquis illius Principatus titulatis, eisdem generis congruum, dum praxim docet, quod isti illos retinentes, vel eorum majores retinere consueverunt in famulos. Sed si de facto irrationem non curantes agant, tunc iuridice id prohiberi non potest, quoniam de stricto iure, eadem est dignitas, neque magis, & minus variat speciem; Ad instar eorum, quae habemus in dignitate Episcopali, vel Archiepiscopali, quoniam (restringendo exemplificationem in Italia) eadem est dignitas, eodemque fere insignia exiguorum Archiepiscoporum, Anfanen, seu Lanciani; Surrenti, Amalphit, Trani, Syonni, & similia, sicut Archiepiscoporum, Mediolanen, Neapolitan, Ravennaten, Beneventan, & similia.

Prout in hac specie Comitum, aliorumque Titularum actualium, cum actuali scilicet dominio, & possessione Civitatum, Oppidorum, seu Castrorum, & cum iurisdictione, & imperio, in Vasallis, pro majori, vel minori praeminentia, aliqua notabilis differentia constituitur videtur inter illos, qui sint unice, adeoque iuxta veram naturam dignitatum illud dominium sit individuum, vel dominiorum dividuorum, vel Titulatos feudorum, vel deductis *disc. tit. de feud. disc. 8. & seq. adeo ut multi sint ejusdem loci Domini, quoniam notabilis constituitur videtur differentia inter unam speciem, & alteram, quodque alique majores prerogativas, seu praeminentias in exercitio esse solum debeant in majori natu nominentur, vel civititer, qui capitis illius domus figuram faciat, dum ex infinitatis *d. disc. 8. de feud. & alibi*, dignitas habitualiter est individua, ac propterea unus est Comes, Marchio, vel Dux, dividuitas autem consistit in fratribus, & emolumentis.*

Quarta est species illorum Comitum, aliorumve titularum respectivè, qui vere, & actu alii fuerint tales, de praesentibus autem non sint, quia nempe, feuda, vel loca iurisdictionalia, quae hac dignitate annexa habeant, alienaverint, vel reitaverint; ideoque alter adit actualis Comes, vel Marchio, vel Dux illius loci; Et tunc isti retinere dicuntur aliquas reliquias prioris dignitatis ad instar illorum Episcoporum, qui Episcopatum dimiserunt, ac propterea retinent aliqua insignia, ac prerogativas, & praeminentias, sed post Titulatos actualis, ex relatis *d. tit. de feud. disc. 8. & alibi*.

Quinta est species illorum Comitum, vel Marchionum, &c. qui nullum actualia habeant dominium, vel imperium, nec in toto, nec in parte, fed habeant remaneant nuncupationem, vel intitutionem, ob descendantiam ab aliquo vero Comite, vel Marchione, iuxta consuetudinem praesertim Lombardiae, & Pedemontanae Regionis, aliarumque Partium Italiae, versus montes, quia nempe in ea domo fuerit, vel etiam de praesenti adit penes civilem, vel naturalem natu majorem, actuale dominium aliquis loci iurisdictionalis, cum hac dignitate Comitibus, vel Marchionibus, omnes tamen de illa domo, vel descententia, quamvis nullum dominium, nullamque iurisdictionem habeant, vel emolumentorum participationem, adhuc Marchiones, vel Comites appellantur. Isti autem veri tales non sunt, neque Comitum, vel Marchionum prerogativas gaudere debent, cum solum illam retineant nuncupationem honorificam ad denotandam descententiam, sive eorum scriptis dignitate, ideoque dicendi non sunt Matchiones, vel Comites, fed potius ex talibus Marchionibus, vel Comitibus, ut in aliquibus partibus bene praedicatur, ad instar illarum familiarum, quae alicuius Majorem habuerint, qui ista dignitate fuerit praeditus.

Sexta demum ad rem est species illorum Comitum, vel Marchionum, de qua etiam actum habent *sub tit. de possessionibus, disc. 48.* quia nempe ab iure aliquo dominio feudi, seu loci iurisdictionalis, & imperio in Vasallis pro Principem decorati fuerint ista dignitate, ex solo privilegio, sine aliqua adjectione loci, vel super loco alieno, aut super aliquo rustico praedio; Et de hac specie exteris relatis agit apud Menoch. *de arbitrar. cas. 68.* & Matrill. *de Magistr. libr. 4. cap. 10. numero 1. cum seq. tom. 2.* & agit *disc. disc. 48. de possessionibus.* Et tunc verus est, ut isti non sint veri Comites, vel Marchiones, neque Comitum, vel Marchionalium insignium, & praeminentiarum usum habeant; Ad instar eorum, quae habemus in Doctoribus, quod scilicet, vere, & proprie tales dicuntur, qui in publica universitate, vel Collegio creati sint, non autem illi, qui ex simplici privilegio, ex deductis per Borell. in *summa decisionum, par. 1. tit. 63. de offic. Advocat. numero. 20.* Rovit, *super pragm. 5. de scholar. doctorum.* Modern. Pignatell. *consult. 222. & 312.*

Adhuc tamen in hac specie advertendum refertendum esse ad aliam distinctionem inter Ditionem scilicet, vel principatum illius, qui istam privilegiantem contulit dignitatem, & principatum, vel ditionem diversam, ubi etiam agitur in ipsoem principatu illius, qui hac dignitatem concessit, vel observantiam tanquam ejusdem privilegii, & Concedentis intentionis interpreti, dum supremum Princeps in suo Principatu dare potest fiduciam virtutem, & operationem veritatis, totumque pender ab eius voluntate; In alieno autem Principatu, vel ditione, sive etiam in ipsoem Principatu, cum non subditis, puta in Ecclesia, vel ad effectum habitus militaris iustitiae in Hierosolymitana Religione, cum similibus ista operatio non attenditur, cum sit effectus iurisdictionis, & potestatis, ideoque attendendus solum cum subditis.

Et per consequens, applicando ad rem, cum istud esset privilegium concessum per diversum principem, qui in Statu Ecclesiastico nullam habet potestatem, vel iurisdictionem ita concludendum contra requirentem, quod scilicet praetendere non possit illas praeminentias, quae huiusmodi veris, & effectivis dignitatibus de iure competunt.

Et quamvis in legitimatione natalium iuxta unam sententiam ea, quae per unum Principem, concessa est, ubique etiam in diverso Principatu, vel territorio suffragari videatur, quod neque certam, ac uniformem habet regulam ob diversam Principatum praxim, ex his, quae in hac materia legitimationis habentur *sub tit. de fideicom. disc. 68.* & magis ad rem *sub tit. de testam. disc. 54.* ubi quod magis communis sit opinio negativa; At tamen ubi etiam tenenda sit diversa opinio, ut ubique legitimum suffragari, juxta distinctiones, de quibus *disc. 193. de Regal.* diversam habet rationem; Siquidem in isto casu legitimationis, ac importare non dicitur privilegium, per quod aliqua dativa, five accidentaliter concedatur qualitas, vel prerogativa, quae alias naturaliter non competat, sed solum importat remotionem accidentaliter maculae, quam lex positiva introduxit, ideoque ubi lex positiva animata, qualis est illi Princeps, qui potestatem habet faciendi, & disponendi leges, cum abluerit ista videtur illa persona, tanquam in primo statu natura omnibus aliis exequata, perinde ac si ea macula per legem induta non esset, Ad instar illius, qui habens membra naturaliter valida, vel nitida, accidentaliter patitur illorum vincula, vel expurgationem, quoniam sille, qui solvendi, vel abluendi potestatem habet, vincula solvat, vel maculam abluat, tunc ille remanet in totum liber, vel mundus, non quia illa absolutio, vel ablutio illum reddat talem, sed ex propria, & naturali obligatione tanquam per remotionem obtaculi; & nihilominus (ut praemisum est) etiam isto casu, contrarium videtur magis receptum, ex ratione infinita *sub tit. de success. disc. 1. & 9. & alibi pluries*, quod scilicet hodie post dissolutum Romanum Imperium, non procedunt illa iuris civilis propositiones, quae manarunt cum praesupposito unice Imperii, & principatus in universo Orbe; & una, & eadem persona non possit diverso iure censeri, praesertim in causa status persona, dum verius est, ut tot censentur Imperia, vel tot sint Mundi, quod sunt Principatus, ideoque etiam in Paganis datur diversitas patrimoniorum, sive diversitas status, vel qualitas persona, quae in uno Principatu sit capax, & in altero incapax, cum distinctionibus, de quibus *d. disc. 193. de Regal.* Sed quidquid sit de praedictis, ac similibus diversam rationem habentibus; ad effectum tamen de quo agitur, absolutum videtur, ut illa Dignitas, vel Praeminentia, quae praeter ordinem iuris communis ab uno Principe concessa sit, non suffragetur, nisi in proprio concedentis principatu, quinimo etiam in isto, cum ejus subditis tantum, ex praemisissa ratione, quod scilicet est accidentaliter, ac exorbitans effectus potestatis, & iurisdictionis, ideoque non exercibilis nisi in proprio territorio, &c. cum propriis subditis, quoniam si (ex. gr.) Episcopus de coram aliquem clericum super nunciatura, vel a iure communis non probata canonicali Dignitate, id operabilis canonicalis praeminentias in propria diocesi, atque in eis quae a sua pendunt potestate, non autem in aliena diocesi, vel in eadem cum non subditis, quod etiam in proposito nobilitatis, vel Civilitatis concessae per Baronem, vel Communitatem habetur *sub tit. de iurisdic. disc. 45. & hoc tit. disc. 35. & alibi*, dum ita esset juxta dicere in alieno territorio, cum alienis subditis.

Motivabatur etiam de defectu iuris opponendi de huiusmodi praeminentiarum incompetenti ac defectu interesse quasi quod nil aliorum concivium, vel Magistratus Civitatis interesset, an quis gaudeat aliquibus praeminentiis, nec ne,

ne, unde dicenda esset species malignitatis, vel emulacionis; Verum & in hoc pariter respondit contra requirentem, quomodo scilicet potest quis se opponere, ne alter utatur ejus cognitione, vel inquisitis, ac exerceat illas preeminentias, in quorum possessione ipse reperitur, ob eam congruam rationem, quod ita sibi pariter potest prajudicium, ut advertitur supra dist. 10. n. 10. Ita possunt alii civis majoris, vel equalis nobilitatis, vel gradus se opponere, ne quis habeat illas preeminentias, quibus mediandibus potest eis prajudicari, emia nempe trahit temporis illa persona, vel familia que habetur supra superioris ac majoris prerogative, ex iis constituitur in gradu hoc eodem tit. d. i. cur. 39. cum pluribus seq. & in Asculana dist. 48. ita a pari. Incertum autem est, an consilio acquieverit, & quid sequatur sit.

NEAPOLITANA PRÆCEDENTIAE, PRO THESAURARIO GENERALI, CUM DECANO, ET PRÆSENTIBUS REGLE CAMERÆ REGNI NEAPOLITANI.

De præcedentia inter Thesaurarium generalem Regni, & Tribunal Camera Regiæ, & præsertim Decanum, & in Consilio Collaterali, sive in aliis sessionibus, & functionibus.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli serias.
2 De legali historia super statu antiqui Romani Imperii.
3 Quod sit error regulare hodiernis Magistratus cum illis dicti Imperii.
4 In casibus in iure non decisit attendi debent leges, vel mores aliarum provinciarum.
5 Præcedentia officialium non regulatur a majori proximitate Principis.
6 De loco quem occupet Thesaurarius.
7 De septem majoribus Magistratibus, vel officialibus Regni Neapolitani.
8 De antiquitate officii Thesaurarii.
9 De introductione Tribunalium, & præsertim illius Camera Regiæ.
10 De eadem, & quale sit munus Clericorum, vel Præsentium Camera.
11 De modo, seu ordine sedendi in Camera.
12 De prerogativis Decani.
13 Quales sit proprie dignitas.
14 De modo scribendi.
15 De isto officio Thesaurarii, & de altero Principis remissive.

D I S C. XLVI.

Cum in illo Regni Neapolitani Collaterali Consilio togato, quod pro civilibus causis, & negotiis qualibet hebdomada, & quandoque in pluribus eisdem hebdomada diebus haberi solet, constituto ex Prorege, & Regentibus Regiam Cancellariam, ac Secretario Regni, ultra aliud Consilium Collaterale politicum, seu Status, quandoque pro eadem relatione, sive pro aliqua consultatione Regi faciendam super negotiis pertinentibus ad Regiam Camera summariam, interveniente solent Præsidentes illius Regiæ Camere summariæ, vel respectivo pro negotiorum qualitate, solus eorum Decanus, ac etiam intervencire solent quandoque Thesaurarius generalis Regni, cuius officium ibi est venale, prout etiam venale est alterum Secretarii, qui erat N. de Justice præcedentia inter Thesaurarium, qui erat N. de Justice Juvenciac, Dux, & Carolum Calæ Decanum Camera, Ducem Dian, cuius mentio habetur sub tit. de feudis dist. 33. Cuiusque idem Decanus doctus quidem, & eruditus juris Professor in causa propria scripserit, qui contra dictum Tribunal consuleret, seu scribere vellent; Idcirco ex parte præfati Ducis Juvenciac Thesaurarii, requisitus sui, ut scriptis responderem, in causa pendente, ut supponebatur in supremo Italianum rerum Consilio apud Regem Catholicum, ipso Thesaurario interitum ex Regia provinciali decretatione in possessione præcedentia existente. In præfata igitur scriptura, edita pro Tribunali Camera ejusque Decano, per voluminis speciem cum magnis apparatus pro eo moderno stylo, cum commendabili quidem, nimiamque elaborata eruditione, reassumebantur omnia, quæ per Scriptores rerum antiqui Romani Imperii

agantur super illius ararii administratione tam super officio quæstorum, quam super altero Procuratoris Caesaris, vel officio præmissi, vel illo custodum Ararii; Hiique prænotatis, inscribatur super exaratione, vel subrogatione Præsidentium Camera, & Thesaurarii respectivo probando, quod illa antiqua officia, in quorum locum itud Camera Tribunal, ejusque Præsidentes successerint, dicta Camera essent, quam illud, in cuius locum successerint supponebatur hunc Thesaurarium, quamplures alias eruditiones debentur hunc Thesaurarium, ac etiam deducendo ea, que apud Beneficialitas, præsertim Hispanos habentur super Dignitate Decanatus, ita inferendo ad istum Decanatum, ut dignitatem quoque redolere.

Inherendo autem nimium commendabili, vereque imitatione digno Curie stylo, abhorrendi scilicet superfluitates, atque stricte immorandi super puncto causæ, Commendando quidem Scriptoris tam ingenium, quam stylum elegantiam, & utramque magnam quidem legale, & historicam eruditionem super moribus Romanorum, vel Germanorum, & Gallorum, aliorumque.

Dicebam, quod omnia hæc opportuna quidem, & commendatione digna essent in academico discursu, & ingenii, ac eruditionis obstentatione. Prolixius vero extranea casu questionis quamvis iuxta legum historiam seriem plures recentiam in omni ferè materia, & præsertim latius sub tit. de servit. dist. 1. & sub tit. de feud. dist. 2. & 3. & sub tit. de success. ab intestat. dist. 1. illud Romanum Imperium de cuius Felco, & Arario ejusque officialibus, & administrato-ribus agatur in l. 1. ff. de offic. Quæstor. & in lib. 2. s. deinde, ff. de oris. jur. ac etiam agunt Livius Tacitus, Suetonius, & alii antiqui, ac quibus murati sunt etiam moderni, etiam ex nostris Juristis, qui de eisdem Imperii statu agunt, pro ejus translationem ad Constantinopolitanam Civitatem ob Troja Barbarorum inundationes, ac dominationes in hac Europa occidentali, præsertim vero in Italia plene aboleto sunt, atque legum Civilium etiam deperditas, casualis moderna festinata memoria, donec post tæculla, casualis moderna festinata memoria, adeo ut regimini modus pro tot Principatum diversis moribus, & legibus omnino diversus esset; Prout etiam officialium, & Magistratum omnino diversa irrepserunt, vocabula, seu nomenclationes.

Ideoque prolixus ineptum videtur, aliquas Romanorum leges, vel consuetudines, aut vocabula nostris temporibus indefinitè in quibuscumque Principatibus applicare, eorum non curata diversitate.

Atque si generaliter in omnibus nostræ occidentalis Europæ, ejusdemque Italiæ Principatibus id procedit, multo magis procedere debet in hoc Regno, quod ferius dicitas Romanorum leges recepit, dum ut advertitur disto discursu. de servit. a duobus circiter sæculis citrà jus Romanorum haberi cepit tanquam commune, cum prius esset illud Longobardorum, atque constans in eo habetur opinio, quod omnes jus Romani Imperii in eo evanuerit; Quando etenim Magnus Camerarius, alique Camera officiales introducti, & erenti fuerunt, nulla habebatur dicarum legum notitia, vel usus, & per consequens apertus error est, cum dictarum legum dispositione, vel cum antiquis Romani Imperii moribus procedere.

Ad id autem, ad evidentiam comprobandam ponderabam quod nullibi magis antiquorum Romanorum leges, & mores attendi deberent, quam in ipsam Romam, & tamen in ista Thesaurarii est officialis major, quæ sunt Clerici Camera, eorumque Decanus, idcirco si est arguendum, quod eadem Roma antiquis retinetur mores, quodcum eum eodem ordine moderni Magistratus loco antiquorum subrogati sunt, fundata remanebat Thesaurarii intentio.

Cumque dictum Regnum sit Romanæ Ecclesiæ feudum patet ex Apont. dec. 1. & frequenter sub tit. de feud. & alibi, hinc sequitur, ut attendi debeat observantia Curie Romanæ tanquam Curie domini directi; Si etenim habemus conclusionem frequenter insinuatam, & præsertim dist. 35. de iudic. quod in casibus expresse in iure non decisit, leges, vel consuetudines aliarum provinciarum, vel ditionum, aut Civitatum attendi debent, potissimè vero finitimarum, multo magis id dicendum est in ista Curia, quæ est finitima; & habet dictam circumstantiam, ultra aliam majorem Metropolitanæ qualitatibus spiritualibus in toto Orbe Catholico, qui cum ejus stylis regulariter in spiritualibus debet se conformare; Et hæc discurrendo per generalia, vel similia, super quibus pones tota dicta elaborata scriptura circumferri videbatur.

Verum pro Curie stylo defendendo ad ea specialia, quæ

stricte percipiunt casum præcitum; Dicebam quod præcedentia regulanda est a majori proximitate Principis, cui Solis attributum datur, Magistratus verò, & officialibus illud Stellatum, ut scilicet, quemadmodum ille Stellas majorem fulgorem habentes, quæ magis Soli approximant, ita Magistratus, & officiales, illi censendi veniant digniores, qui ad Principis latus magis proximi sedent, atque cum eo manibus habent commetium, Bald. in rub. ff. de offic. Proconsul. Cassan. in Catal. glor. mund. par. 1. consider. 2. Mat. consil. de Magistrat. lib. 5. cap. 4. cum aliis apud Capyc. Lat. consil. 4. num. 2. & 13.

Cum itaque Thesaurarius sedet in Collaterali Consilio in sella eo modo, quo sedent ipsius Regis Collaterales Consiliarii, qui Regentes appellantur, magis proximè personæ Proregis, qui Regem representat, Præsidentes autem sedent in loco magis remoto, & humili, nempe in scabellis, tanquam in ordine inferiori, hinc proximè ob dictam magis proximitatem, magisque honorificam sessionem, plana videtur resultare consequentia præcedentia favore Thesaurarii.

De illa verò observantia, seu modo sedendi testantur Scriptores Regnicolæ antiqui, mediis, & moderni, Ex antiquis scilicet, Sargent. in Neapol. Illustrat. c. 17. num. 42. & 45. mediis Taffon. de antefato, observat. 2. num. 376. & Galeot. in dissertat. post prin. Respons. Fiscal. num. 15. Et ex modernis Roc. de offic. rubr. 17. §. 4. num. 32. Illique tanquam bene veritatis defendendum esse dicebam iuxta distinctionem, de qua apud Mascard. de probat. conclus. 528. num. 6. Rot. decis. 377. num. 50. par. 1. recentior, & habetur tit. de iudic. dist. 35. & alibi pluries.

Assumendo verò partem rationicinatam, quæ mihi semper melior videtur, vel saltem genis magis aridet; Dicebam, quod postquam illæ regiones, vel provincie, ex quibus illud Regnum constituitur a sæculis sex, cum dimidio circiter, iuxta plures insinuatam historiam, hanc diversam Regni formam assumpserit; Rex pro tempore, pro eorum adiutorio in regimine, ad instar eorum quæ de Papa insinuatà habentur in Relatione Curie Romanæ, septem majores creavit officiales, vel Magistratus, qui tractu temporis, ad differentiam officialium, & Magistratum inferiorum, Magni attributum sortiti sunt, istique sunt; Nempe magnus Comes illarum pro rebus militibus; Magnus Protonotarius pro Notariorum creatione, & cura Archivorum, & scripturarum, & per cuius organum, constitutiones, & leges fieri solebant; Magnus Senescallus pro gubernio, & administratione Regii palatii, cum ejus dependentibus, nempe Villis, aliique locis delictiosis, nec non silvis, & lacubus pro venationibus, & piscationibus; & demum (ad rem nostram) magnus Camerarius, qui curam, regimen, & administrationem haberet publici ararii, seu Regii patrimoniis.

Sed quoniam respectu istius ultimi Magistratus, etiam circa illa initia, quando eorum quilibet fortes sufficiens erat, pro sui muneris administratione, nec cessarius erat alter officialis, vel Minister manualis, pro custodia scilicet pecuniarum, & Thesaurarii Regis, ac etiam, ut apud ejus personam assisteret cum bursa pecuniarum, ut ipso Regere, domi, sive in via, sive in Ecclesia, vel alibi, elemosinas faceret, aut aliquam munificentiam exercere volente, pro pecuniarum distributione promptus esset minister, per cuius manus id fieret; hinc introductus fuit iste officialis tanquam Camerarii substitutus, seu Vicarius in hoc munere, qui proximè Thesaurarii nomen attributum est, ob Regii Thesaurarii curam, & custodiam; Ac propterea, in iis, quæ pertinent ad Regium patrimonium, vel Regiam Camera, apud Regem, sive apud ejus absentis Vicarium, isti duo officiales magis proximè assistere debent; Camerarius scilicet, tanquam officialis major, intellectualis potius, quam manualis, vel mechanicus, ut Regem informet de statu, ac iuribus sui patrimonii, vel ararii, & de negotiis concernentibus illius administrationem, circa appalut, vel circa exactiorem vespicalium, aliorumque juriurum regalium, vel illorum occupationem, quæ per alios fiat; Thesaurarius verò tanquam officialis minor ma-

nualis, & mechanicus super retentione, & custodia, ac erogatione pecuniæ, quæ in Regium thesaurum obveniat.

Quamvis autem tractu temporis, ob negotiorum executionem, omnes præfati Magistratus, pro suis respectivè muneribus, Locumtenentes, & Assesores, vel Judices in eorum adiutorium deputaverint, unde varias reformationes, quæ intertempora factæ fuerunt per Reges, quæ in hoc se regulariter confecerunt, iuxta mores propria patriæ, vel nationis, sive aliorum Regnorum, quæ ab eis possidebantur; ut post extinctum sanguinem primorum Regum Normandorum, contigit in Regibus Germanis, vel Svecis, & deinde in Gallis Andegavensibus, & Durantiis respectivè; ac demum, & magis in Hispanis Aragonensibus, quorum primus Alfonso, ex Joanne Secunda adoptione, Regni Conquistator, nimium sapiens, & prudens, ac literarum amicus, ob longam residentiam annorum triginta, usque ad obitum, ob longam thesauri Regnorum moribus edoctus, in magna parte illam, quæ hodie habetur, Tribunalium formam introduxit; ut præsertim sequutum est circa istud Tribunal Camera Regiæ, constitutum ex pluribus officialibus, Præsidentium nomen habentibus, quorum aliqui sint Jurisperiti, pro decisione illarum causarum, quæ per tramites juris decidi debent, Præsidentes togati nuncupati, alii verò rationiorum, seu arithmetice periti professores pro negotiis ad hanc peritiam pertinentibus, qui ad differentiam literatorum, seu togatorum, Præsidentes idiotæ appellantur.

Attamen ad instar eorum, quæ de Tribunali Camera Apostolicæ constituitur ex duodecim Clericis insinuantur in relatione Curie, dist. 42. isti non sunt Magistratus, qui commercium habent cum Rege, vel cum ejus Vicario, sibi que assistant pro negotiis, quæ ararium, vel Camera concernunt, sed potius sunt assessores, & Consiliarii ipsius Camerarii, qui ab eis consultus, & certioratus de statu negotiorum, de eis certiorum reddat Regem, vel Vicarium, sive ut id pro hodierna praxi agat per suum Locumtenentem, qui quæ vice in hoc Tribunali præsidet, ejusque est caput, ideoque in dicto Collaterali Consilio, etiam in sella, more illorum majorum Consiliariorum, qui Regentes appellantur, ad latus Regis, vel Vicarii sedet, atque cum eo etiam sedet Thesaurarius, ex superioribus insinuatæ ratione, dicti verò Præsidentes extranei sunt ab illo consilio, dum jam functi sunt eorum officio, cum consilio, seu voto, quod jam dederunt Camerario, vel ejus Locumtenenti, qui illud Regi, vel Vicario refert, ideoque ille dictorum Præsidentium interventus in eodem Consilio Collaterali, non ad latus, sed in inferiori magisque humili loco, & cum eis etiam Filii Advocatus, qui aliquando, ita Rege, vel ejus Vicario mandante sequitur, est extraordinarius, & accidentalis, quia nempe ipse Rex, vel Vicarius, velit per se ipsum audire eorum votum a Camerario, vel a Locumtenente relatum, & per consequens, dum sunt magis remoti a commercio, & a latere Principis, indebitè majorem prætereire possunt præminentiam supra illum Magistratum, qui sedet ad latus Principis, atque cum eo commercium habet, ut supra.

Quando verò contingat, ut consessus sequatur in ordinario, & consueto loco, in quo Tribunal congregatur, tunc insinuando ea, quæ prædicantur in Curia, in eodem Tribunali Camera; Primum, ac digniore locum occupare debet ipse Camerarius, vel ejus vice, ejus Locumtenens, qui Vicecamerarius appellatur, istique Camerario præsentem, primum ac digniore locum ab ejus dextero latere occupat, immediate verò post eum Thesaurarius, tanquam antiquior, ac primus officialis, deindeque sequuntur alii, qui dicuntur Camerarii; Ab altero verò latere sinistro, uniti tanquam constituentes unum corpus individuum, sedent Clerici, qui idem sunt, ac dicti Præsidentes, inter quos Decanus prerogativam habet occupandi primum locum, atque totius Collegii nomine, seu vice alloquendi Camerarium, illumque certiorandi, atque alios actus individuos faciendi, ad instar eorum, quæ supra hoc eodem tit. pluries, & sub titulo de Canonici, & Capitulis, insinuatæ sunt de prima Dignitate, vel de antiquiori Canonico, totius Capituli, vel Collegii nomine loquente, vel explicante individuos actus capitulares, vel collegiatives, iuxta exemplum B. Petri, qui Christus omnes Apostolos interrogavit, quem se esse dicentem, ipse tanquam antiquior, & sic eorum Decanus, omnium nomine, ac vice respondit: Tu es Christus Filius David; ac propterea claves Regni Colorum obtinuit; ideoque Decanus aliam (improprium tamen) præferre videtur dignitatem, comparativè ad alios Collegiales juniores, quis scilicet, inter eos sit dignior, atque individuos actus collegiales,



les, quam ignobiles pro arbitrio Civitatis, vel Consilii ef-

4 Cumque altera pars, quae restrictionem, seu privativam praetendebat, insisteret in antiqua possessione, & observantia, hinc proinde inter causas patronos major pugna fuit iustitiam, hinc proinde inter causas patronos major pugna fuit iustitiam, hinc proinde inter causas patronos major pugna fuit iustitiam...

5 Sciendo itaque more Advocati, ad huius Partis requisitis opportunitate, insisteret in iuris regula juxta traditionem Alber. de Rosano in rub. de mun. & hon. quae communiter recepta est, atque magistralis in materia reputatur, quod niter recepta est, atque magistralis in materia reputatur...

6 Consuetudo itaque ista regula, ex qua resultat iuris assistentia favore qualitatis in genere, compensativa onerum, & gravaminum ab eadem civica qualitate resultantium, ut supra...

7 Hinc proinde resultare dicebam, quod huic parti non incumbat necessitas, plene & concludenter probandi, quod haec officia fuissent popularia, & obtenta per artifices, alioquin...

8 quod utrumque extremum esset vitiosum, sive utraque praetensio improbabilis, quoniam licet vera sit regula superius tradita, super omnium Civium aequali jure tam in bono,

quam in malo; Nihilominus tam de jure scripto, quam non scripto, rationabile, atque laudabile est, ut inter eosdem Civitatis, rationabile, atque laudabile est, ut inter eosdem Civitatis, rationabile, atque laudabile est...

9 Ex ibi etenim deductis patet, quod tria solent esse publicorum officiorum genera; Unum scilicet positive nobilitatem, ob quorum adeptionem, vel saltem imbussationem, & ob quorum adeptionem, vel saltem imbussationem, & ob quorum adeptionem, vel saltem imbussationem...

10 Ad hunc vero effectum, restringendi scilicet aliqua munera, vel officia, ut non nisi nobilibus congruant, non autem popularibus, quos non adstricti ad certas particulares familias, sed sit prerogativa omnium Civium nobilitatem...

11 Tunc autem adesse dicitur positiva resistentia, ob quam de certi debet de explicito privilegio supremi Principis, vel de immemorabili, aut legitima centenaria, cuius vigore idem privilegium, vel quicumque alius de mundo melioris tulus allegari potest, quando praetendatur restrictio ad certas familias, vel ad certum genus personarum cum aliarum privativa, seu incapacitate, quomvis de jure essent nobiles, omniumque nobilium officiorum, & munusculorum...

12 Hinc propterea concludendum dicendum est quod; Aliud est declarare, seu conservare aliqua Civitatis officia in statu, seu prerogativa nobilitatis, ut non nisi Cives nobiles, ad ea imbuissari debeant, capiendo nobilitatem in genere, sive sit naturalis, sive acquisita, & etiam civica naturalis, adeo ut illa facta, sit receptio, dummodo verificetur, adeo ut illa facta, sit receptio, dummodo verificetur, adeo ut illa facta, sit receptio, dummodo verificetur...

13 Probabilis autem isto posteriori casu favorabilis, atque

rationabilis potius res dici mereatur, cum publicam id respectu utilitatem, ut ita Civitas nobilis reddatur, atque facilis, & promptus habeatur modus iustificandi nobilitatem; Id etenim etiam ipsum popularem interest, eorumque periculis utilitatem, ob spem, vel potentiam, vel etiam cum antiquis, & continuatis divitiis, quae ab industriis parentur, eandem obtineant prerogativa, ideoque nimum Republicae interesse, ut adit libertas, vel janua aperta, ut ita Cives ad virtutes, egregiaeque opera, vel ad industrias, & divitias parandas alliciantur, ob spem, vel stimulum assequendi huiusmodi honores, quorum restrictio e converso Republicae potius praedicialis censenda est, ut nonnullae bene regulatae Italiae, aliarumque partium Civitates, & Republicae praedictae, novas allectiones in tempora faciendo; Et per consequens ubi esset restrictio privativa, tunc observantia potius favorabilis censenda est, magisque interpretantia quam prescriptiva.

MELEVITANA HABITUS, SEU ADMISSIO-NIS AD PROFESSIONEM, PRO ANTONIO AZLOR, CUM RELIGIONE.

Casus decisus per Rotam pro Antonio.

An Religio Hierosolymitana reculare possit admittere ad professionem illum, qui iam suscepit habitum iustitiae ob superventam infirmitatem.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Statuta Religionis Hierosolymitanae exigunt corporis valetudinem.
3 De istius statuti intelligentia.
4 De distinctione inter ius questum, & querendum.
5 Admissio ad novitium quando repellit non possit.
6 Ad quid requiratur novitium.
7 Religio Hierosolymitana est vera, & propria Religio.
8 Non admittitur quis ad professionem, nisi post novitium acceptum a Capitulo.
9 Religio Hierosolymitana unicum habet conventum Melevitanum.
10 De modo scribendi.
11 De differentia circa admissionem ad habitum, & ad novitium inter istam, & alias Religionem.
12 Qualis sit habitus illorum Novitiorum.
13 De duplici specie Novitii.
14 Antiquitas in hac Religione currit a die soluti passarii.
15 Quando etiam in manualibus cessat facultas amovendi.
16 Quod Statuta inhabilitantia ad recipiendum non comprehendantur iam receptos.
17 Quare de isto casu agatur in hoc titulo, & remissioe de materia.

D I S C. XLIX.

1 C Uptens Antonius suscipere habitum militis iustitiae in missis, ad formam stabilimentorum, factis, atque admittit, aliorumque requisitorum probationibus, soluto solito passagio, receptus fuit in fratrem, atque in albo Novitium adscriptus, parvam crucem in pectore novitium ad instar deferendo; Cumque post aliquorum annorum decursum, peteret admitti ad formalem novitium in Conventu Melevitano, ad effectum emittendi professionem; intermedium vero tempore ob infirmitatem, aliquam curis attractionem passus esset, ac propterea claudicare cogeretur, hinc petita admissio denegata fuit ex fundamento Statuti. 16. tit. de recept. frat. inter alia huiusmodi militum requisita desiderantur corporis integritatem, ac idoneitatem ad armorum exercitium, ideoque commissa per Signaturam Gratiae causa appellationis in Rota coram Emerich sub die 13. Martii 1674. Antonio favorabilis prodit solutio, cui credo quod Religio acquieverit, dum idem ejus Advocati in Curia pro consueta integritate Oratori Religionis apud Sanctissimum libere insinuarent, improbabile esse oppositionem.

2 In disputationibus itaque desuper habitis tam in Rota, quam in Signatura Gratiae, Scribens pro Antonio dicebam; quod cum Statutum praedictum loquatur de iis, qui ex integro recipiendi, vel admittendi sunt ad habitum, ideoque percutiat tempus probationum, & processus, tam super no-

3 bilitate, quam super aliis requisitis recensitis supra, disc. 32. cum duobus seqq. idcirco non comprehendat istum casum, in quo agitur de excludendo jam receptum, & admittum, ob longam differentiam inter unum casum, & alterum, de qua praesertim sub tit. de benef. disc. 70. ubi alium est, ob aliquem defectum, quinimo pro simplicem diffamationem, ac excludere concurrentem a beneficio assequendo; Et aliud est, illum privare beneficio assequendo; Ac etiam consensum quae habentur sub tit. de testam. disc. 73. & sub tit. de fideic. disc. 154. Super differentia inter conditionem, & modum, sive super privatione juris quaesiti, & denegatione juris querendi, cum similibus; E converso Scribentes pro Religione dicebant, quod huiusmodi propositiones cadere possent, quando petitor iam admissus fuisset ad novitium ex iis quae deducuntur apud Merlin. dec. 382. nu. 21. & Coccin. dec. 215. nu. 13. & seqq. Et nihilominus etiam in isto casu procedendo cum terminis generalibus aliarum Religionum, atque propterea magnum faciendo cumulum Canonistarum, & Moralium, super certo praesupponendo principio, dicebant, quod idcirco novitium per annum integrum, & continuum, per Sacros Canones, strictius verò per Concilium Tridentinum desideratur, ut ita Novitium, Religionis asperitates, vivendique mores, & e converso Religio novitii mores, ac sicutur, experiantur, cum utriusque plena, & omnimoda libertate ingressi non profuturi, sed egrediendi a Religione, & Religionis, vel Monasterii, non admittendi ad professionem, sed cum dimittendi, cum professo dicatur quidam contractus reciprocus, qui ex utriusque contrahentis libero, ac sincero consensu perficitur, ex pluries deductis in materia, sub tit. de Regular.

4 Nimum quoque pro moderno inepto stylo, redolente inutilem, ac superfluum chartarum repletionem, se diffundendo in pariter absoluto, ac praesupponendo principio, de quo praesertim in specialibus terminis iuris Religionis tit. de Regular. disc. 46. & alibi, quod scilicet ista sit vera, & propria Religio, ad omnes effectus, adeo ut, excepta clausura, seu necessitate vitae claustralis, quoad omnes alios effectus ejus professi sint veri Religiosi, ut etiam advertitur sub tit. de iuris. disc. 92. & sub tit. de testam. disc. 35. Et per consequens quod in ea procederet non solum decretum Concilii Tridentini super integro, & continuo anno novitium, sed etiam quod intrare deberent Apostolica decreta, vel Sacram Congregationum, in omnibus utriusque sex Regularibus, ut scilicet ad professionem admitti non debeant, nisi pravia acceptatione capitulari factenda per vota secreta pro majori parte, sive per duas ex tribus, juxta diversa Religionum, vel Monasteriorum statuta, seu consuetudines.

5 Multo igitur magis, id procedere dicebam in isto casu, in quo petitor, neque dici poterat novitium, sive quod novitium neque per diem peregerit, dum ex infirmitatis disc. disc. 46. de Regular. ista Religio unicum habet conventum in Insula Melevitana, in loco residentia M. Magistri, ejusque Concilii, ideoque ibi, & non alibi, novitium peragitur, atque professio emittitur, quoties Apostolica dispensatio non accedat.

6 Replicabam tamen, etiam cum sensu veritatis, quod admittit etiam omnium praemissorum veritate in abstracto, adeo ut (sicut praemissum est) autoritates, quae ad eam componendum plene cumulantur, verè contemptibiles, ac damnabiles superfluitatem continent, ita citando probare per reses veritatem meridiani Solis in caelo tereno, ex iis, quae super modo scribendi habentur deducta sub tit. de indic. disc. 46.

7 Adhuc fallacia clara consistebat in applicatione, super qua ferè omnes fori quaestiones versari videntur, pacificando istam Religionem aliis Claustralibus, eorumque Regularibus, ac terminis generalibus huius applicando, ob multas differentias, quae militare dignoscuntur ex particulari ratione, quae in ista Religione, non autem in aliis militat, praesertim quoad ordinem, seu habitum iustitiae (quidquid sit quoad alios duos ordines Capellanorum, ac Servitium armorum; ) Siquidem non recipere ad hunc habitum illos, qui ad eum admitti petant, notabile causae praerogativam in fama, seu eximiatione, quasi quod ex defectu generose nobilitatis, vel puritatis sanguinis id provenerit, ideoque non solum in isto casu, in quo agatur de excludendo jam admissum, sed etiam in altero in quo rem omnino integra agatur de denegatione primi ingressus, ac ea datu appellatio, atque per Judicem appellationis eadem admissio decerni, ac demandari potest juxta casus de quibus supra, disc. 32. cum duob. seqq. quasi quod ista Religio profiteatur, sive obligatio nem